



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Dubium II. Qualis contritio requiratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

tant, quando nam id fiat, præstat se assuefacere ad absolutionem, vocaliter quidem, attamen submissè dandam.

653. §. 12. Ritus in absolvendo est servandus pro consuetudine cujusque loci & Ecclesiæ, sic quidam absolunt tecto capite, ut sic se Judices esse ostendant, alii detecto, ut significant se absolute vere nomine Christi, tanquam principalis Judicis: & testatur *Rayn.* sententiam *Sa.* qui volebat fieri tecto capite, esse expunctam à facibus censoribus. Item communiter elevatur manus ad verba, *Indulgentiam*, vel, *Dominus noster*, scilicet matùrque Crux ad verba, *In nomine Patris* &c. Item superpelliceo & stolâ utuntur Confessarii non Regulares, quando in templo publicè audiunt: has tamen cæremonias omittere, per se loquendo, nullum est peccatum, ita cum alii *Stoz* l. 2. n. 83.

Absolvi non posse absentem, probabitur n. 1195. Posse absolutionem dari ante expletam pœnitentiam & ante emendatam vitam, probabitur à n. 1230. Posse dari moribundo sine verbali confessione, dicitur à n. 1156. Quo sensu dari possit absolutio dimidiata, dicitur à n. 1152. Posse absolutionem aliquando, sed non semper differri, dicitur à n. 1764. Posse & debere aliquando dari sub conditione, dicitur à n. 1769.

DUBIUM II.

Qualis contritio requiratur.

654. » **S**uppono, quòd contritio in communi sit
 » dolor ac detestatio peccati commissi, cum
 » proposito emendandi, ut habet *Trid. Sess. 14. ubi*
 » eam

eam dividit in perfectam, quæ absolutè sic dicitur, & in imperfectam, quæ attritio dicitur. Perfecta est, quæ elicitur ex motivo charitatis, propter Deum summè dilectum, & hæc se sola mox justificat, etsi cum voto & ordine ad confessionem, quam deinde facere teneris. Imperfecta est, quæ ex inferiore motivo, supernaturali tamen, concipitur.

Resp. Ad Sacramentum hoc sufficit, & requiritur saltem attritio formalis, supernaturalis, efficax, & universalis, (respectu mortaliū) concepta in ordine ad confessionem, vel saltem absolutionem. Est communis. *Bon d. 5. q. 5. & Schol. ac colligitur ex Trid. l. c. Unde resolv. 5.*

I. Non requiritur contritio existimata, ut voluit *Gabriel*.

II. Non sufficit, 1. attritio existimata tantum, licet inculpabiliter, quia vera attritio est pars essentialis. 2. Nec desiderium absolutionis sine affectu ad peccata; idque etiam si tantum confitearis venialia; ut habet sententia communis contra *Angles* & quosdam alios, quos sequitur *Tamb. l. 1. exp. conf. c. 3. Vid. Dian. p. 9. t. 9. R. 31.* Unde peccat graviter, qui etiam sola venialia, vel scela mortalia, aliàs confessa, si ne omni formali dolore confitetur, quia non ponit materiam Sacramenti, & saltem periculo sacrilegii se exponit, Ita *C. Lug. d. 14. f. 8. & c. com. V. Dian. p. 3. t. 4. R. 116. Bon. sect. 1. p. 3.* Non tamen est necesse, ut dolor se extendat ad omnia venialia, quorum sibi pœnitens est conscius, *Suar. Lay. Lug.* Imò notat *Tamb. l. c.* satis esse de uno veniali dolere formaliter, etsi plurimum sis conscius, de quibus nec dolorem, nec

propositum emendandi habeas , sive ea con-
fitearis , sive non.

III. Non absolvitur , qui dolet , licet inten-
sissimè , tantùm propter infamiam , damna,
aliàsve pœnas temporales præcisè , etsi ex in-
culpabili ignorantia , quia non est dolor super-
naturalis , nec ignorantia , aut bona fides potest
supplere defectum essentialem , *Bon. l. c. & c. Li-*
mitat tamen *Regin. cum Tamb. c. 1.* nisi doleas
propter istas ut à Deo inflictas vel infligendas.

IV. Ad attritionem non requiritur ulla in-
tensio vel duratio temporis , ut vult *Durand.*

V. Etsi debeat esse de omnibus peccatis
mortalibus , non requiruntur tamen singuli
dolores de singulis , ut vult *Angles* , sed sufficit
unus actus , de omnibus simul sumptis , etiam
oblitis , ideòque peccat graviter , qui sciens
prudens non atteritur universaliter de omni-
bus mortalibus nondum remissis , *Bon. & c. l. c.*

VI. Non sufficit dolere , quòd non doleas ,
ut habet *Nav. & Sa* , nec velleitas non peccan-
di. Ratio utriusque , quia non est dolor de
peccatis commissis , cum quo affectus ad ea
stare potest , *Henr. Vasq. Bon. l. c. n. 7.* Ubi rectè
notat , cum actu , quo quis dolet se non dolere
de peccatis , plerumque conjunctum esse do-
lorem de peccatis , etsi pœnitens eum non di-
gnoscat.

VII. Etsi dolor hic debeat esse summus ap-
pretitivè , ita ut nihil magis detesteris quàm
peccatum , malisque omnia mala hujus mundi
perpeti , quàm mortaliter contra Deum pec-
care , non tamen opus est , imò nec expedit ,
particulares facere collationes ; v. g. mallet
hoc

hoc vel
peccare

VII.

peccan-
nimo,

debet;

liter cu-

cant, v-

sum su-

gitatione

cata m-

tandi e-

stere a-

non est

est dol-

possit

toto c-

catum

Lay. l.

mun.

tamen

saltem

J. 8. &

IX

est ce-

magis

gunt

item

non

quib-

actu

gna

adhi-

torū

cui

hoc vel illud malum subire, quàm mortaliter peccare, quia periculosa sunt.

VIII. Qui non vult occasiones proximas peccandi à se amoliri, vel non remittere ex animo, vel non restituere aut satisfacere, quibus debet; vel non habet formale (licet probabiliter cum *C. Lugo. l. c. f. s. Lay. Dian.* aliique dicant, virtuale in contritione universali inclusum sufficere, saltem quando non occurrit cogitatio de peccatis vitandis) propositum, peccata mortalia, (quando talia confitetur) vitandi efficacis, id est, cum quo non possit consistere affectus actualis erga aliquod mortale, non est sufficienter attritus: Ratio, quia non est dolor & detestatio efficacis, quippe cum quo possit stare voluntas peccandi, nec is se ex toto corde convertit ad Deum, detestans peccatum super omne detestabile, *Suar. Fernand. Lay. l. s. t. 6. c. 4. Dian. p. 3. t. 4. ref. 119. &c.* commun. Et licet sola venialia confitearis, teneris tamen, sicut dolorem, ita etiam propositum, saltem virtuale, circa illa habere. *C. Lugo, d. 14. f. 8. & 9. & alii.*

IX. Redire sæpe cum eodem mortali, non est certum indicium deesse attritionem, etsi sit magna præsumptio, præsertim in iis, qui coguntur confiteri à parentibus, magistris, &c. item in iis, qui aliquoties moniti concubinam non separant, aut restitutionem non faciunt; quibus proinde absolutio differenda est, nisi id actu præstent: Quanquam possint esse alia signa veri doloris, v. g. si media præscripta sint adhibita, occasiones vitatae, si numerus peccatorum imminutus, si poenitens omnino asserat, cui plerumque credi debet, cum ipse sit suis

accu-

»accusator, defensor & testis; Qua in re opus est
 »magnâ prudentiâ Confessarii, ne pœnitentem
 »severitate avertat, neque etiam lenitate sedu-
 »cat & peccet, peccatque cum illo, *Suar. in 3. p.*
 »*d. 32. f. 2. Sanch. l. 2. in Decal. c. 32. & l. 3. c. 5. C. Laym.*
 »*n. 166. & 169. contra quorum, aliorumque*
 »*communem sententiam, docent apud Dian.*
 »*Vivaldus, & Joannes Sancius d. 10. n. 16. posse to-*
 »*ties, quoties confitetur, absolvi, etiamsi nullus*
 »*appareat profectus, eò quòd sine illo possit esse*
 »*se verum propositum, sicut est in iis, qui ve-*
 »*rnialia semper afferunt eadem. Verùm id pro-*
 »*bare non ausim, nec videtur esse par ratio. Val-*
 »*Kon. d. 2. dub. 14. Dia. p. 1. t. 7. R. 55. & p. 2. t. 2.*
 »*misc. R. 45.*
 » X. Absolvendi sunt ii, qui ex officio, domo
 »vel negotio, in quo propinquum peccati peri-
 »culum imminet, discedere nolunt, eò quòd si-
 »ne maxima difficultate non possint, parati in-
 »terim media præscribenda adhibere. Ratio,
 »quia occasio, etiam propinqua, non necessitat
 »ad peccatum, ideòque stare potest cum pro-
 »posito peccata vitandi. *Nec refert*, quòd quis
 »putet vel timeat, se unum vel plura peccata
 »non vitaturum, *quia* propositum est actus vo-
 »luntatis, existimatio autem illa, est actus intel-
 »lectus, qui ex illo proposito, ob humanæ vo-
 »luntatis mutabilitatem, non necessariò conse-
 »quitur. Interim qui certus est, impossibile sibi
 »esse in tali occasione peccata vitare, debet eam
 »deserere, nisi velit perire Ita *Laym. l. c. Laym.*
 »*num. 152.*
 » XI. Non requiritur dolor sensibiliis, sufficit
 »enim intellectivus: qui cum sit internus, ac spi-
 »ritualis, scrupulosi non facillè debent angere
 »quali

quasi sine dolore accedant ad Sacramentum ,
 eò quòd nullum sentiant.

XII. Is, qui nihil cogitans de confessione, at-
 tritionem elicit, non referens eam ad Sacra-
 mentum , non potest sine novo dolore ad id
 accedere; quia pars debet referri ad compar-
 tem. Ita *Suar. d. 20. s. 4. Bon. d. 5. q. 3. p. 2.* Contra-
 rium tamen videtur docere *Lugo, d. 14. n. 37.*
 quod non est improbable, *Tamb. l. 1. c. 2.*

XIII. Non sufficit ad Sacramentum dolor,
 qui sequitur absolutionem: imò secundum
 sententiam saltem tutiorem, quam docet *Lay.*
ca. 4 & Kon. debet antecedere etiam confessio-
 nem, etsi contrarium etiam probabiliter do-
 ceant *Vasq. Fill. Fag. Lug. s. 2. & Gasp. Hurt. d. 6.*
dis. 5. apud Dian. & Escob. t. 7. E. 6. Unde poeni-
 tentes initio ad dolorem excitandi; aut si post-
 peccatorum narrationem fiat, repetant verbo
 confessionem, dicendo se dolere de peccatis
 expositis. *V. Laym. l. c.*

XIV. Probabile est eum, qui paulò antè con-
 fessus iterum confitetur, vel eadem peccata,
 vel quæ exciderant, de quibus antè (explicitè,
 & in particulari) non doluit, non teneri eli-
 cere novum dolorem, *Lug. s. 3. Dian. p. 9. t. 3.*
R. 5. & 51. & consequenter potest moribun-
 dus propter periculum instantis mortis absol-
 vi, audito tantùm uno alteròve peccato; &
 deinde si superstes maneat, auditis reliquis
 iteratò absolvi in virtute doloris præcedentis.
Tamb.

A D D E N D A.

Quæst. 92. Quid generatim notandum sit circa 655.
contritionem & dolorem ad Sacramentum Pœ-
nitent.

nitentia requisitum. R. seqq. §. 1. Contritio dicitur sumitur genericè, prout in communi est dolor de peccatis, abstrahendo an sit perfectus an imperfectus. Et quod attinet ad nomina illa *contritio & attritio*, S. Th. in Suppl. q. 1. a. 2. ad hoc sic explicat, quòd sicuti in corporalibus lapidum dicitur conteri, quando ita comminuitur in minutissimas partes, ut non censeatur amplius manere lapis, sed fiat pulvis; è contritio sicuti tum dicitur atteri, quando aliquid quidem de illo tollitur, attamen adhuc censeatur manere lapis: ita in spiritualibus tum dicitur conteri peccator, quando habet perfectum actum pœnitentiæ, vi cuius non maneat mortaliter peccator, qui fuit, sed justificetur; tum autem dicitur atteri, quando habet actum pœnitentiæ, cum quo habitualiter quidem adhuc manet peccator, attamen deponit actualem voluntatem peccandi. Hic ad vitandam æquívocationem, quando loquemur de contritione genericè sumpta, communiter utemur voce *dolor*, quando autem simpliciter & sine addito utemur voce *contritio*, ordinariè intelligemus dolorem, qui est actus charitatis Theologicæ & concipitur ex motivo bonitatis Dei super omnia dilecti, è contrà quando utemur voce *attritio*, intelligemus dolorem conceptum ex aliquo motivo inferioris virtutis.

656. §. 2. Dolor & detestatio non sunt idem, nam dolor est de malo ut præsentem, detestatio autem de malo ut præterito: quod ut melius intelligatur, generatim notanda est diversitas actuum voluntatis, nam I. Si objectum repræsentetur sub ratione boni vel mali, præscindendo, an sit præsens an absens, actus voluntatis circa bonum

num è
dium.
sens,
malu
tur ut
bonu
fenter
do,
dacia
in fut
repræ
molie
4. Si
teritu
malu
sunt e
deter
tinen
hoc n
esse v
oppo
exclu
trà oc
quod
ficax
dem
aliqu
per n
in m
è co
depe
citur
med
tur e
cens

num erit amor, è contrà circa malum erit odium. 2. Si objectum repræsentetur ùt præsens, actus circa bonum erit gaudium, circa malum erit dolor. 3. Si objectum repræsentetur ùt absens & possibile in futuro, actus circa bonum erit desiderium, si autem simul repræsentetur aliqua arduitas in illo bono obtinendo, actus circa illud bonum erit spes vel audacia; è contrà circa malum absens & possibile in futuro est fuga strictè dicta, si autem simul repræsentetur aliqua arduitas in illo malo amoliendo, actus circa illud erit timor vel ira. 4. Si objectum repræsentetur ùt absens & præteritum, actus circa bonum erit gratulatio, circa malum erit detestatio. 5. Omnes hi actus possunt ex modo tendendi esse vel efficaces, qui determinent ad arripiendum medium pro obtinendo fine necessarium; vel inefficaces, qui ad hoc non determinent. Similiter amor potest esse vel simplicis complacentiæ, qui cum odio opposito stare possit, vel potest esse efficax, qui excludat simile odium ejusdem objecti: è contrà odium potest esse vel simplicis displicentiæ, quod cum amore opposito stare possit, vel efficax, quod excludat similem amorem ejusdem objecti. 6. Actus prout fertur directè in aliquod bonum tanquam finem obtinendum per media, dicitur intentio, prout fertur directè in media pro obtinendo fine, dicitur electio: è contrà actus prout directè fertur in malum depellendum per media ad hoc necessaria, dicitur propositum, prout directè fertur in ista media in ordine ad depellendum malum, dicitur executio propositi. 7. Possunt omnes recensiti actus ex modo tendendi esse vel absoluti,

luti, uti hi, amo Deum, odi peccatum; vel conditionati, uti hi, amarem Deum, etiamsi non puniret; odissem peccatum, etiamsi non puniretur.

657. §. 3. *Caj. Nav. Regin. Gob. Bosco, Stoz* l. 1. p. 1. n. 6. dicunt pro Sacramento Pœnitentiæ requiri solam detestationem, ad quam sequatur dolor veluti proprietas, quod *Suar.* d. 4. s. 1. n. 7. præstat esse certum. E contra *Gonet* d. 7. n. 6. & alii dicunt requiri solum dolorem, qui præsupponat detestationem: *Dicast.* d. 2. num. 103. & alii communiter dicunt sufficere alterutrum actum, nempe vel detestationem vel dolorem, *Secund.* *Con.* d. 1. à n. 10. probabilius dicit requiri utrumque actum, hoc enim est conformius Trinitati. *Trinit.* s. 14. De pœn. c. 4. ubi dicit contritionem esse *animi dolorem ac detestationem* de peccato commisso. Ratio autem est, nam imprimis actus requisitus ad Sacramentum Pœnitentiæ non est sola detestatio, alioquin Beati, qui aliquando peccârunt, dici possent de facto adhuc habere contritionem de peccatis, cum habeant illorum detestationem, hoc autem est contra communem sensum, nam per contritionem intelligitur dolor vel tristitia, qui sit actus cordis inquieti, turbati, anxii, quod sine dolore non habetur; hinc Authores communiter, quando negant in Beatis esse contritionem, intelligunt dolorem: congruentia autem, cur ad Sacramentum Pœnitentiæ requiratur dolor, hæc est, quia cum voluntas per peccatum converterit se ad delectationem sive gaudium circa bonum præsens, decebat, ut pœnitens reciperet dolorem circa malum præsens. Deinde actus requisitus ad Sacramentum Pœnitentiæ non est

est solus dolor prout contradistinctus à detestatione, qualem etiam damnati habere possunt, hinc omnes intelligunt requiri talem actum, qui respiciat peccatum commissum, quod retractet, ita ut voluntas vitalis actus sit ita disposita, ut peccatum physicè præteritum impediret, si poneretur in circumstantiis, in quibus illud ab ipsa potuit impediri.

Obji. Communis omnium sensus est eum valè absolvi, qui accedit cum dolore & proposito, quamvis non cogitavit de detestatione, ergo detestatio non requiritur. *R. n. conseq.* quia licet contritio vel attritio præcipuè significetur per dolorem, tamen per hunc dolorem non intelligitur actus respiciens malum tantum præsens, sed simul respiciens præteritum: neque nunc elicere possumus dolorem, quin sit vel adjunctam habeat detestationem, uti nec elicimus detestationem, quin sit vel adjunctum habeat dolorem, uti ex *S. Tho. 3. p. q. 84. a. 8. in O. notat Cõn. supra*: Itaque sive contritio significetur nomine detestationis, sive nomine doloris, per utramque vocem intelligitur actus circa objectum secundum aliquid præsens & secundum aliquid præteritum; quomodo autem peccatum sit malum præsens, etiamsi plenè remissum sit quoad culpam & pœnam, dictum est n. 591. Atque ex his,

Inferes, Etiam illam opinionem Lutheri fuisse erroneam, quâ dixit per contritionem nec significari dolorem neque detestationem peccati, sed tantum amorem justitiæ & novam vitam; oppositum enim constat ex Scriptura & *SS. PP. apud Bellarm. De pœn. l. 2. c. 4.* Nam quando loquuntur de pœnitentia, semper me-

minerunt peccati, cuius sit retractatio & dolor. *Nec obstat*, quod scriptura loquens de poenitentia utatur voce, *metanaa*, quæ vox significat resipiscentiam vel mutationem animi, nam poenitentia est talis resipiscentia & mutatio, quæ simul sit detestatio & dolor de peccato, est enim transitus à malo præterito & præsentem ad bonum futurum, illosque actus intellexerunt poenitentiam nomen poenitentia SS. Patres & antiqui, uti rectè ostendunt *Gormaz*. n. 24. & *Bosco* s. 2. à n. 69. Hinc *Ausonius* de poenitentia loquens ita canit

Sum Dea, qua facti, non factique exigo poenitentiam

Nempe ut poeniteat, sic metanaa vocor.

660.

§. 4. Præter detestationem & dolorem, etiam ad Sacramentum Poenitentia requiritur propositum non peccandi de cætero, uti ceterum est ex *Trid.* supra & pluribus explicabitur n. 891., adeoque ad valorem Confessionis requiritur odium peccati præteriti, præsentis & futuri, præteriti, in quantum est detestatio præsentis, in quantum est dolor; futuri, in quantum est propositum cavendi illud impostertum. Perinde autem est, sive re ipsa sint tres physici actus, sive duo, sive etiam unicus habens illa tria prædicata per respectum ad peccatum præteritum, præsens & futurum: si autem re ipsa sint plures actus, etiam perinde est, quo ordine eliciantur, posset enim propositum primo loco elici: connaturalius tamen est, ut præcedat detestatio, quæ post se trahit dolorem, atque ex his sequitur propositum.

661.

§. 5. Ante actus illos requisitos ad Sacramentum Poenitentia ordinariè præcedunt plures alii actus, uti docent *Trid.* sess. 6. c. 6. *S. Tho.* p. 3. q. 85. a. 5. *Catech. Rom.* De poen. c. 1. n. 3. 1. est gratia

gratia excitans five supernaturalis illustratio intellectus & pia motio voluntatis inducens ad poenitendum, quam Deus operatur in nobis sine nobis liberè operantibus. 2. Actus fidei circa necessaria creditu necessitate medii ad justificationem. 3. Timor aliquis servilis pœnæ ut infligendæ à Deo. 4. Spes veniæ & salutis per Christi merita. 5. Aliqua ad Deum conversio, quæ sit inchoata dilectio. 6. Quidam timor filialis Dei. 7. Actus supernaturalis prudentiæ dictans hic & nunc esse poenitendum. Neque tamen dicimus, quòd singuli hi actus sint necessarii, sed quòd ordinariè interveniant, & per illos tanquam per gradus optimè ducamur ad poenitentiam, quinam autem ex his sint absolute necessarii, intelligetur ex dicendis.

Q. 93. Qualis actus debeat esse dolor, qui requiritur ad Sacramentum Poenitentia. R. §. 1. Debet esse actus voluntarius & liber, uti fides docet contra hæreticos apud Bellarm. l. 2. c. 2. sic enim definit Trid. sess. 14. De pœn. can. 5. *Si quis dixerit eam contritionem &c. esse dolorem coactum & non liberum ac voluntarium, anathema sit.*

§. 2. Debet esse honestus: & re ipsâ est talis etiam pro statu legis gratiæ, uti iterum doce fides & Trid. suprâ contra eosdem hæreticos apud Bellarm. suprâ, qui dicunt nos per dolorem de peccatis impleri peccatis, ideòque nunc veniam peccatorum obtineri per solam fiduciam de remissione illorum; sed contra est, nam imprimis Scriptura nos admonet & provocat ad dolorem de peccatis Pl. 50. v. 19. *Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Deut. 4 v. 29. *Invenies eum, si tamen toto corde quasièris. & totâ tribulatione animæ tuæ* Ezech. 18. v. 21. *Si au-*

tem impius egerit pœnitentiam &c. vitâ vivet. Matthæi 3. v. 2. & c. 4. v. 17. Pœnitentiam agite. Marci 1. v. 15. Pœnitementi. Lucæ 5. v. 32. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Lucæ 13. v. 5. Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. 2. ad Corinthios 7. v. 10. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Deinde per pœnitentiam non intelligi inanem illam fiduciam, patet ex Jonæ 3. v. 9. ubi Ninivitarum pœnitentes sperabant quidem veniam, attamen incerti erant, dicerent. Quis scit, si convertatur & ignoscat Deus? Hinc etiam S. Cyprianus Serm. De lapsis, ait, Nec desperantes misericordiam Domini, nec tamen iam veniam vindicantes. Ratio autem est, quia Deus nullibi promisit veniam nihil agentibus, sed simul postulat actus pœnitentiæ, uti patet ex citatis locis, ergo.

664. §. 3. Angel. Silv. Rosell. aliique apud Vasquez q. 92. a. 1. dub. 1. putârunt ad hoc Sacramentum non requiri actualem & verum dolorem, sed sufficere voluntatem suscipiendi Sacramentum cum negatione actualis affectûs ad peccatum; sed hanc sententiam vocant Vasquez erroneam, Suarez d. 20. s. 1. n. 2. improbabilem & hoc tempore temerariam, Illf. n. 35. profertur improbabilem & non securam. Corduba, Bejar, Sot. Canus apud Dicast. d. 6. n. 119. Item Caj. Tellez. Valent. aliique apud Moyam tr. 3. d. 5. q. 3. n. 3. putârunt sufficere, si quis bonâ fide putet se dolere, quamvis re ipsâ non doleat, sed oppositum certum esse dicit Illf. n. 36.; quamvis enim sic confitens excusetur à peccato, non ideo ponitur essentia Sacramenti: unde sicuti quando Trid. dicit peccatorem per contritionem justificari

ficari extra Sacramentum, in Sacramento autem per absolutionem, non potest intelligi contritio vel absolutio existimata tantum, sed verè existens, ita & hìc debet verè existere & adesse dolor. Ratio autem est, quia talis existimatio non potest dare sufficientiam vel efficaciam, quam dolor ex Christi institutione habet, ergo.

§. 4. *Palud. Nav. Sa* apud *Dicast. n. 125.* putarunt satis esse, si quis doleat se non dolere; sed hanc sententiam vocat etiam prorsus improbabilem & non securam *Illf. n. 35.* eamque rectè refutat *Arr. d. 37. n. 21.* Similiter quamvis aliqui dixerint sufficere quamcunque displicentiam peccati & velleitatem non peccandi de cætero, imò licèt aliqui apud *Moyam q. 2. n. 3.* putarint impediri quidè effectum Sacramenti, attamen non obesse valori, si quis sine ullo actu doloris accedat, etiam si sciens se per hoc peccare mortaliter, dummodo se de hoc ipso peccato accuset & absolvatur, tamen hanc opinionem vocat *Suar. f. 5. n. 4.* improbabilem, *Aversa q. 11. f. 1.* improbabilem & prorsus falsam: hinc absolutè tenendum est requiri verum dolorem de peccatis, quia Concilia dicunt dolorem esse partem, nihil autem horum est simpliciter dolor. Notant tamen *Arr. n. 22 & Dicast. n. 127.* vix fieri posse, ut quis efficaciter doleat de carentia doloris, & re ipsà non doleat, quamvis enim non experiatur sensibilem dolorem, tamen habebit spiritualem, ideòque putant ejusmodi hominem tutò accedere posse ad Sacramentum. Addit *Less. in Auè. v. Confessio Casu 1.* abundanter sufficere hunc actum, ò maledicta peccata, quibus Deum meum offendi,

fendi, vel quibus animam meam gratiâ divinâ
privavi, & æternis pœnis obstrinxi &c. Vide
dicenda n 679.

666. §. 5. *Silv. Rosell. Vivald.* & alii putârunt non
requiri dolorem formalem, sed sufficere vir-
tualem contentum in amore Dei, quam senten-
tiam *Tamb. De con. l. 1. c. 1. §. 5.* vocat proba-
bilem. Similiter *Moya q. 12.* dicit sufficere pro-
positum formale non peccandi de cætero, si sit
virtualis dolor, quam sententiam *Victoria* vocat
probabilem; sed *Amic. d. 12. n. 2. Tann. q. 6. n. 73.*
Dicast. n. 4. Platel. n. 63. dicunt certum esse,
quòd requiratur dolor formalis: *Suar. d. 20. l.*
I. putat oppositum esse temerarium, *Vasq. q. 92.*
a. 1. dub. 1. erroneum, quamvis *Illf. n. 34.* dicat
sententiam nostram esse tantùm communio-
rem & probabiliorem. Ratio autem est, quia
Florent. & Trid. requirunt contritionem ali-
quam tanquã partem hujus Sacramenti, quam
dicunt esse dolorem ac detestationem de pec-
cato commisso, hæc autem omnia sonant do-
lorem simpliciter & sine addito, adeoque for-
malem, amor enim Dei & propositum non di-
cuntur simpliciter dolor, sed cum addito, vir-
tualis, ergo quamvis amor Dei super omnia,
itemque propositum non peccandi de cætero
conceptum ex motivo bonitatis Dei super om-
nia dilecti justificent hominem, tamen per il-
la sine dolore formali haberi non posset Sacra-
mentum Pœnitentiæ. *Nec obstat,* quòd *Trid. sess.*
14. De pœn. c. 3. dicat hunc contritionis mo-
tum omni tempore fuisse necessarium ad im-
petrandam veniam peccatorum, sic autem non
fuerit semper necessarius dolor formalis, sed
de se sufficiat amor Dei super omnia, *nam ibi*
loqui-

loquitur
tio pecca
malis, h
tum rec
qui ex re
Deum, q
hinc rec
elicitum
set & al
non deb
raliter in
re non p
peccato
simul n
idem es
concept
secundu
terita.

§. 6
4. putâ
turalem
merari
dicunt
videri e
cramer
pernat
trition
dispon
S., ide
mailli
& adj
oport
dispon
tem æ
sizio a

loquitur de contritione, quam præcedit cognitio peccati commissi, quæ semper est dolor formalis, hinc dicit talem dolorem ad Sacramentum requiri, qualis semper fuit necessarius illi, qui ex recordatione peccati commissi fertur in Deum, quod semper fit per dolorem formalem; hinc rectè notant *Con. & Tamb. supra*, si quis post elicitedum actum amoris in Deum confessus esset & absolutus, immemor formalis doloris, non debere esse scrupulosè sollicitum, quia moraliter impossibile est, imò absolutè contingere non potest, inquit *Escob. q. 88. a. 5.* ut qui peccatorum memor Deum amat super omnia, simul non detestetur peccata ut mala Deo. Et idem est de proposito non peccandi de cætero, concepto ex motivo universali bonitatis Dei secundùm se complectente etiam peccata præterita.

§. 6. *Sot. Canus & alii apud Moyam supra q. 667.*
 4. putârunt sufficere dolorem honestum & naturalem, sed hanc opinionem aliqui vocant temerariam, alii erroneam & contra fidem, alii dicunt sapere hæresin, hinc *Platel. n. 636.* dicit videri esse de fide, quod dolor ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ requisitus debeat esse supernaturalis, nam i. *Trid. supra c. 4.* docet attritionem, quæ ad gratiam in hoc Sacramento disponit, esse donum Dei & impulsus Spiritûs S., ideoque etiam sess. 6. can. 3. dixerat anathemam illi, qui assereret sine Spiritûs S. inspiratione & adjutorio posse hominem pœnitere, sicut oportet; ubi rationem insinuat, quia dolor disponit ad gratiam & consequenter ad salutem æternâ, omnis autem propriè dicta dispositio ad salutem debet esse proportionata ad finem

nem ultimum & supernaturalem, ergo debet esse supernaturalis. 2. *Innocent. XI.* damnavit hanc 57. prop. *Probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.* Quæ damnatio, cum in genere ponat attritionem naturalem, intelligenda est de omni attritione naturali, quid quid contradicat *Carden.* ad istam prop. n. 8. putans non loqui de illa attritione naturali, quæ respiciat motivum supernaturale. Imò contra *Vasq. Bonac. Hurt. & alios*, quorum sententiam *Dicast. d. 6. n. 12.*, vocat satis probabilem; longè probabilius est hunc dolorem debere esse in entitate sua supernaturalem, & non sufficere supernaturalem quoad modum, vel tantum extrinsecè ratione acceptationis divinæ, quia dolor hic requirit principium supernaturale, à quo dependeat, ut pluribus probat *Gorm. p. 1. à n. 375.* Et quamvis *Suar. Lugo, Côn. & alii* putent actum in entitate naturalem, dummodo eliciatur ex gratia per Christum, posse esse etiam meritorium vitæ æternæ, quod *Moya. n. 17.* dicit esse probabile, tamen probabilius est oppositum, nam gratia non dignificat actum in se naturalem, sicuti enim si filius Regis faciat opus commune rustico, non ideo meretur præmium regale, ita si homo, etiam habens gratiam, faciat opus naturale, ad quod se per accidens habet gratia, si in illud nullum principium supernaturale influat: Hinc 3. Ad dolorem pro hoc Sacramento prærequiruntur actus fidei & spei supernaturalis, uti constat ex dictis l. 2. à n. 18. sed non aliam ob causam, nisi quia dolor debet esse in se supernaturalis, uti notant omnes cum *Dicast. n. 17. & Stôz. l. 1. p. 2. num. 19.*, ut nempe ex parte intellectûs adfit cogni-

cogniti
dirigat
ruralis
præea
natural
go. Vi
cavi, c
tur. Et
ibidem
§. 7
1. doc
quiri, u
rem fu
tur esse
2. & 3
valore
situm
cluder
dicit
mente
exclud
cacem
cetur,
comp
cati, c
dolor
simpl
non
pecca
sed ad
§.
non h
sensu
quod
beatu

cognitio supernaturalis & proportionata, quæ dirigat; & ex parte voluntatis motus supernaturalis & proportionatus, qui erigat, ita ut nisi præeant istæ dispositiones, principium super-naturale adjuvans non influat in dolorem, ergo. Videri possunt dicta l. 2. à n. 19. ubi explicavi, quorum objectorum fides prærequiratur. Et quæ contra ista opponi possunt, solvi ibidem à n. 26.

§. 7. Aliqui apud *Carden.* in 1. crisi d. 70. c. 668. I. docuerunt ad effectum hujus Sacramenti requiri, ut dolor sit efficax, attamen ad illius valorem sufficere, si dolor invincibiliter existimetur esse efficax; sed oppositum rectè ostendit c. 2. & 3. Hinc absolute dicendum est dolorem ad valorem & effectum hujus Sacramenti requisitum debere esse efficacem, id est, debere excludere voluntatem peccandi, nam *Trid.* supra dicit dolorem disponere ad gratiam in Sacramento obtinendam, si voluntatem peccandi excludat, ex quo colligitur non ideo dici efficacem, quòd faciat, ut nunquam amplius peccetur, sed quia est talis, ut quamdiu est, cum illo componi non possit voluntas efficax illius peccati, de quo est dolor. Ratio autem, cur talis dolor requiratur, est hæc, quia alioquin homo simpliciter nõ convertetur à peccato ad Deum, non est autem credibile Deum illi remittere peccatum, qui ab hoc simpliciter non avertitur, sed ad illud manet actualiter conversus, ergo. 669.

§. 8. Hic dolor etiam debet esse sensibilis, non hoc sensu, quòd debeat elici ab appetitu sensitivo, aut sentiri in corpore, nam sufficit, quòd sit purè spiritualis & in sola voluntate habeatur, sed hoc sensu debet esse sensibilis, quòd

debeat per confessionem vel aliud signum externè manifestari, uti omnes communiter docent vel supponunt cum *Côn. d. 4. n. 44. Laym. l. 5. t. 6. c. 4. n. 4. Lugo d. 14. à n. 15. Arr. d. 37. l. 2. Palav. n. 276.* contra paucos recentiores & *Moyam d. 5. q. 10. n. 2.* qui negant. Ratio nostra est, quia confessio, secundum omnes, ut sit Sacramentalis, debet esse aliquo modo dolorosa, alioquin nec Sacerdos, qui est Judex, cognosceret dispositionem necessariam poenitentis, nec illa ipsa confessio censeretur vera accusatio poenitentis. Congruentia autem est, quia hic dolor est pars Sacramenti, quod est signum sensibile pro hominibus à Christo institutum, ideoque congruebat Sacramentum quoad omnes partes, quas ponunt homines, dici signum humanum & sensibile, vel per se vel saltem per aliquid aliud, per quod exterius innorescat; unde etiam intentio Ministri manifestari debet saltem per absolutionem, intentio autem poenitentis per confessionem vel aliud signum.

670. §. 9. Dolor ad effectum hujus Sacramenti requisitus debet esse universalis respectu mortalium, id est, debet se extendere ad omnia mortalia non remissa, nam in hac providentia non remittitur unum mortale sine altero, quia nullum mortale remittitur sine infusione gratiæ, quæ gratia pugnat cum omni mortali, neque ullum mortale remittitur sine efficace dolore de illo, uti dictum est nu. 668., ergo si desit dolor de unico mortali non remisso, desit dolor requisitus ad remissionem cujuscunque mortalis.

Obji. Ad effectum hujus Sacramenti non requiritur

quiritur confessio nequidem virtualis omnium peccatorum, nam si quis confiteatur furtum, & bonâ fide dicat se non fecisse perjurium, quamvis fecerit, per absolutionem accipit gratiam, ergo nec requiritur dolor nequidem virtualis omnium. R. n. conseq. Confessio omnium est tantum de necessitate præcepti, & omitti potest quandoque, etiam scienter, uti dicitur à n. 1140. E contra aliquis dolor sive retractatio omnium mortalium est secundum præsentem Dei ordinationem de necessitate medii, ad hoc, ut aliquod mortale remittatur, secundum dicenda n. 679.

671.

§. 10. Non est necesse, ut dolor ad hoc Sacramentum requisitus sit ex uno motivo universali se extendente ad omnia mortalia, *Suar. Dicast. d. 6. dub. 4. Aversa q. 11. f. 5.* & communis contra *Bonac.* & alios, quia si quis tantum habeat peccata furti & perjurii, eliciâtque duos actus doloris ex motivis specialium honestatum, quas habent justitia & religio, habet dolorem se extendentem ad omnia sua peccata, ergo habet dolorem hoc sensu universalem, nec ratio est requirendi universaliorem, cur enim tenebitur detestari vel dolere de aliis peccatis, quæ non fecit? Itaque in hoc casu tenebitur tantum habere propositum universale de vitandis impofterum omnibus mortalibus, uti dicitur à n. 898., & sic habebitur totum illud, quod ad contritionem pro Sacramento Pœnitentiæ requirit *Trid. sess. 14. De pœn. c. 4.* nempe dolorem ac detestationem de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero, ubi per dolorem de peccato commisso satis signanter innuit non requiri dolorem absolute

lutè universalem, sed de peccatis commissis & non remissis, dummodo adsit propositum excludens omne peccatum pro futuro. Notat tamen rectè *Dicast.* n. 63., si prudenter timeat, etiam alia peccata habeat, teneri ad dolorem absolutè universalem, ne exponat Sacramentum periculo saltem carendi suo effectu.

Obji. S. Tho. p. 3. q. 86. a. 3. in *O.* ait, Non potest esse verè pœnitens, qui de uno peccato pœnitet & non de alio. *Et.* ait de pœnitentia, quæ extra Sacramentum fit, tractat enim ibi de virtute pœnitentiæ, & postea priùs in q. 90. tractat de Sacramento

672. Q. 94. An Sacramentum Pœnitentiæ possit esse validum & informe ratione doloris se non extendentis ad omnia mortalia. *Et.* Negant *Vasq. Con. Laym. Sa, Turr. Fagund. Castrop. J. Sanch. Martinon. Amic. d. 12. f. 6. Arr. De Sacram. d. 13. f. 2. Palat. c. 31. Moya d. 5. q. 2. n. 6. Mlodz. d. 6. q. 2. Gormac. p. 2. n. 284. Platel. n. 720. Haun. l. 4. n. 996. Sperer n. 263. Todtf. q. 97.* sed probabilius affirmant plurimi antiqui, quos refert & sequitur *Averro. q. 54. f. 5.* Sequuntur Thomistæ communissimè cum *Gonet d. 10. a. 1. Item Henriq. Suar. Tolat. Tann. G. Hurt. Valent. Fill. Lugo, Bonac. cum Dicast. d. 6. n. 84. Item Perez, Salas, Escob. cum August. Laurentio in Syntagm. t. 2. tr. 3. d. 3. n. 204.* Accedunt *Rosner, Carden. in. 1. crisi d. 70. c. 1. & 2.* aliique recentiores communissimè cum *Cob. in Exp. t. 6. n. 177. Illj. n. 49.* & hanc sententiam vocat in praxi probabilissimam *Dian. p. 3. l. 4. R. 65. Probatur* 1. autoritate, nam in illis, quæ pendent à voluntate Dei, multum ponderis habet iudicium plurium & graviorum Autorum, atqui pro nostra sententia stant plures & graviores, uti certum est, probatque *Dicast. supra*

suprà vix ullum esse contrarium ante tempora
Vasq., quem reliqui sunt secuti. Accedit, quòd
 pro nostra sententia videatur esse etiam *S. Th.* in
 suppl. q. 9. a. 1. ubi quærit, an confessio possit
 esse informis, & in *O.* sic habet, *Confessio potest*
esse etiam in se, qui non est contritus. quia potest pec-
cata sua pandere Sacerdoti & clavibus Ecclesie se
subiungere, & quamvis tum non percipiat absolutionis
fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet,
sicut etiam in aliis Sacramentis est. Cùm autem di-
 cat Sacramentum recedente fictione revivisce-
 re, supponit fuisse validum, non cum defectu om-
 nis contritionis, nam paulò ante dixerat ali-
 quam contritionem esse partem Sacramenti,
 sed cum defectu contritionis alioquin requisi-
 tæ ad effectum Sacramenti, quæ nempe se ex-
 tenderet ad omnia mortalia non remissa. Gra-
 tis autem dicit *Gormaz* n. 479. *S. Th.* postea re-
 tractasse illam suam sententiam, nam nec verbo
 ullibi hoc insinuat. *Prob. 2.* ratione, nam si quis
 commiserit grave furtum & perjurium, ac post
 diligens examen non occurrat illi nisi furtum,
 si de hoc doleat propter honestatem virtutis
 iustitiæ, & confiteatur bonâ fide dicens se nul-
 lum aliud peccatum habere, sicque absolvatur,
 Sacramentum non causat gratiam, uti certum
 est ex dictis n. 670., cùm enim unum mortale
 non remittatur sine altero, & mortale perjurii
 non retractetur, hoc mortale est obex, quo-
 minus causetur gratia, ergo Sacramentum in
 hoc sensu est informe, quia non causat formam
 gratiæ. Hoc non obstante videtur hoc Sacra-
 mentum esse validum, quia nulla pars essentia-
 lis ipsi deest: non confessio, nam integrè est
 confessus, quidquid occurrebat memoriæ. Nec
 ablo-

abso-

absolutio, uti supponitur: Neque dolor, quia
 habet dolorem de furto, eumque manifeſtat
 per confessionem furti, dolor autem de perju-
 rio non est pars hujus Sacramenti, quia ille solum
 dolor est pars Sacramenti, qui per hanc confes-
 sionem potest fieri sensibilis, ut enim sit pars Sa-
 cramenti, debet esse sensibilis, secundum dicta
 n. 669., & suppono per nihil aliud hic & nunc
 fieri sensibilem, atqui dolor de perjurio, quam-
 vis adesset, non potest fieri sensibilis per hanc
 confessionem, ergo. *Prob. min.* dolor de perju-
 rio non imperat hanc confessionem, nam pœ-
 nitens expressè & invincibiliter dicit se non ha-
 bere aliud peccatum, quod velit confiteri, atqui
 confessio non potest dolorem de perjurio red-
 dere sensibilem, nisi hic dolor eam imperet, er-
 go. *Prob. min.* Confessio per hoc tantum dicitur
 facere dolorem sensibilem, quod sit & cen-
 seatur esse effectus causatus à dolore, effectus
 autem manifestet suam causam, ergo talis do-
 lor, quamvis adesset, non fieret sensibilis per
 hanc confessionem, ergo non est pars hujus Sa-
 cramenti. *Nec obstat*, quod hic dolor requira-
 tur ad effectum hujus Sacramenti, secundum
 dicta n. 670.; nam non ideo est pars hujus Sa-
 cramenti, si enim adsit & nullo signo fiat sensi-
 bilis, non est pars Sacramenti, uti adversarii
 fatentur, & tamen est necessarius ad effectum
 Sacramenti, uti omnes docent, ergo aliud est
 requiri ad effectum, aliud esse partem Sacra-
 menti. *Conf.* nam si quis suscepisset Baptismum
 sine dolore de perjurio ante Baptismum com-
 misso, & post Baptismum commisisset furtum,
 tumque doleret de perjurio ex motivo reli-
 gionis, de furto autem ex motivo justitiæ, sicque
 confi-

confite-
 quidem
 Pœnitentia,
 tentiæ
 communi-
 tentiæ
 menti
 gratiæ
 dolor
 Pœnitentia
 Objec-
 Constat
 quam
 peccata
 offendit
 ligentes
 dem con-
 mortali
 inclusa
 fessio
 tantum
 est ille
 ritur. C
 dolore
 perfect
 stituti
 parten
 etum S
 valore
 utroque
 riè con-
 rium,
 tione
 do req

confiteretur furtum, dolor de perjurio esset quidem necessarius ad effectum Sacramenti Pœnitentiæ, ut nempe per illud causaretur gratia, attamen non esset pars Sacramenti Pœnitentiæ, quia sicuti perjurium ante Baptismum commissum non est materia Sacramenti Pœnitentiæ, ita nec dolor de illo est pars hujus Sacramenti, sed tantum conditio & remotio obicis gratiæ, ergo manifestum est, quod non omnis dolor, qui requiritur ad effectum Sacramenti Pœnitentiæ, sit pars illius Sacramenti.

Obji. 1. *Trid. sess. 14. De pœn. c. 5. sic habet, 673.*
*Constat nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigere, quam ut, postquam quis diligentius se excusserit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum mortaliter offendisse meminerit, reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in univ. sum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: ergo mortalia, quæ non occurrunt, debent intelligi inclusa, sed certum est illa non includi hac confessione, quæ nullo modo per dolorem retrahantur, ergo talis confessio & talis dolor non est ille, qui ad valorem hujus Sacramenti requiritur. Conf. nam *Trid. ibidem c. 3. & can. 4. dicit dolorem, quatenus in pœnitente ad plenam & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiritur, hâc ratione pœnitentiæ partem dici, ergo dolor, qui requiritur ad effectum Sacramenti, est pars Sacramenti & ad ejus valorem requiritur. & cum *Aversa l. 6. *Trid.* utroque loco dicere, quod per se est & ordinariè contingit, explicat enim modum ordinariè contingit, qui est & procurari debet pro justificatione peccatoris, solet autem, & per se loquendo requiritur, ut dolor se extendat ad omnia non***

non

non remissa, ne impediatur effectus Sacramen-
ti, secundum dicta n. 671. De cætero *Trid.* ab-
strahit ab illo, quod per accidens est, & raro
contingit ratione doloris bonâ fide non exten-
si ad aliqua peccata, nec ullibi negat hunc dolo-
rem ita restrictum obesse valori.

674. *Obji. 2.* Confessio furti non est valida, nisi
adsit propositum cavendi omne mortale, sed
propositum cavendi omne mortale est suffi-
ciens dolor etiam de perjurio, ergo. *Rz. n. inia.*
quia licet se extendat ad omne mortale tan-
quam fuga pro futuro, non tamen tanquam
retractatio omnis peccati præteriti, uti hic sup-
ponimus, & ratio est, quia posset quis propo-
nere nunquam pejerare impostero, & tamen
non dolere de perjurio præterito, quod fuit
fuisse specialiter utile.

Inst. Saltem propositum universale cavendi
etiam perjurium sit sufficienter sensibile per
confessionem solius furti, ergo etiam dolor de
perjurio, si adesset, fieret sufficienter sensibilis.
Rz. n. conf. disparitas est, quod pœnitens iudicat
& Sacerdos sciat propositum universale ca-
vendi omnia impostero, esse necessarium ad
reconciliationem cum Deo, & pœnitens non
dicat se illo carere, confessio autem manifestat
desiderium istius reconciliationis, & conse-
quenter in his circumstantiis etiam sufficienter
manifestat propositum universale cavendi om-
nia impostero, adeoque etiam cavendi
perjurium, è contrâ hic pœnitens non iudicat
dolorem de perjurio esse necessarium ad re-
conciliationem, nec Sacerdos potest prudenter
susplicari ipsum habere dolorem de perju-
rio, sed potius iudicare debet oppositum, cum
bonâ

bonâ fide dicat se non habere aliud peccatum ,
ergo per confessionem furti non sufficienter
manifestat dolorem de perjurio.

Obji. 3. Sacramentum Pœnitentiæ requirit 675:
voluntatem efficacem reconciliationis cum
Deo, est enim institutum ad hanc obtinendam,
sed hæc voluntas non potest esse sine dolore ,
saltem virtuali de omni peccato , utpote con-
trario isti reconciliationi, ergo. *R.* *Aversa* dicit
non esse opus velle reconciliationem adæqua-
tam, sed satis esse velle reconciliationem res-
pectivè ad hæc peccata , sive remissionem horum
peccatorum : sed datâ maj. n. min. qui enim ef-
ficaciter decernit post horam dolere de peccatis
& confiteri, habet voluntatem efficacem recon-
ciliationis cum Deo, neque tamen ideo jam ha-
bet dolorem : cujus ratio à priori est, quia licet
intentio efficax finis sit voluntas virtualis ap-
plicandi media , tamen non ideo est ipsa actua-
lis applicatio mediorum, & multò minùs est ipse
finis intentus, ergo quamvis intentio efficax re-
conciliationis sit voluntas eliciendi dolorem ,
non ideo est ipse dolor.

Obji. 4. Detestatio omnium mortalium est 676:
medium unicè necessarium ad remissionem
furti, ergo quia hic confitens vult remitti fur-
tum, etiam virtualiter vult remitti omne mor-
tale, qui enim vult finem, vult medium unicè
necessarium ad finem, ergo licet detestatio furti
non habeat connexionem cum detestatione
perjurii in ratione motivi, tamen habet con-
nexionem in ratione medii. *R.* Habet connexio-
nem in ratione medii, id est, intendit detesta-
tionem perjurii tanquam medium ad remissio-
nem furti, transeat, hoc ipso habetur detestatio

perjurii, n. conf. supponimus enim non adesse detestationem perjurii, sed solius furti.

677. Q. 95. An aliter possit Sacramentum Pœnitentiæ esse validum & informe ratione doloris vel obliam causam, & quid tum sit dicendum. R. §. 1. Sum. d. 20. s. 4. n. 26. aliique cum Laurentio supra nu. 210. & 225. putant dolorem bonâ fide dimidiatum non obstare valori hujus Sacramenti, sicuti non obstat confessio bonâ fide dimidiata, hinc dicunt cum Lugo d. 14. n. 89. adhuc fore validum hoc Sacramentum, si quis accedat cum dolore particulari de furto, omisso omni dolore de perjurio etiam confessio, eò quòd invincibiliter putaret sufficere dolorem de furto, quia memoria perjurii videtur se habere per accidens ad obligationem doloris de illo, suppositâ ignorantia invincibili de obligatione talis doloris. Idem dicunt aliqui, si omitteret dolorem de perjurio, invincibiliter putans esse tantum veniale, aut si ideo de perjurio doleret tanquam de veniali ex metu solius Purgatorii. *Nec obstat*, quòd dolor efficax & debitus de his peccatis fieret sensibilis, si revera adesset: *nam* non ideo iste determinatè dolor est pars essentialis hujus Sacramenti, nam dolor de venialibus, quæ quis confiteretur cum mortalibus, etiam fit sensibilis per confessionem illorum venialium, neque tamen est pars essentialis illius Sacramenti, sed pars essentialis est tantum indeterminatè hic vel ille dolor de peccato confessio, sicuti pars essentialis hujus hominis est hæc vel illa indeterminatè materia. Ita illi probabiliter: & consequenter,

678. §. 2. Probabile est in his casibus dari posse Sacramentum Pœnitentiæ validum & informe

me, 1. Si pœnitens habens, v. g. furtum & perjurium, de furto tantum doleat, illudque confiteatur, inculpabiliter non cogitans de perjurio. 2. Si sciens furtum esse mortale, de hoc doleat ex speciali motivo iustitiæ, & putans perjurium esse tantum veniale, de hoc doleat ex metu solius Purgatorii, sed non confiteatur illud. 3. Si agnoscens utrumque esse mortale, etiam utrumque confiteatur, de uno efficaciter dolens, de altero inefficaciter, attamen invincibiliter putans se de utroque efficaciter dolere. 4. Si utrumque mortale agnoscens, utrumque confiteatur, dolens de uno non de altero, bonâ fide putans hunc alterius dolorem non requiri. 5. Si adultus post commissum mortale, sine dolore de hoc mortali susceperit Baptismum, & postea peccet mortaliter vel venialiter, hocque peccatum confiteatur cum debito dolore. Videri potest *Dicast. d. 6. à n. 251.*, ubi ostendit confessionem etiam de solis venialibus posse esse validam & informem.

§. 3. Si quis sibi conscius de furto & perjurio gravi, scienter omittat dolorem de alterutro peccato, certum est Sacramentum fore invalidum, nam ut valeat, debet adesse talis dolor & tale propositum, vi cuius ille, qui confitetur, denominetur simpliciter pœnitens, sed si ille, qui confitetur, malâ fide omittat dolorem de perjurio, non potest nec per dolorem de furto, nec per præsens propositum denominari simpliciter pœnitens, ergo. *Prob. min.* Dolor, qui denominat simpliciter pœnitentem, debet excludere voluntatem actualem peccandi, sed hanc non excludit iste dolor, nam actua-

liter peccat, uti supponitur: nec talis habet propositum universale non peccandi, cum actu peccet, ergo nec per tale propositum potest denominari simpliciter pœnitens. Et consequenter quodcumque aliquis actu mortaliter peccat in confessione, uti si scienter sine causa omittat mortale, aut accedat sine debito examine, tale Sacramentum semper est invalidum, quidquid contradicant aliqui apud *Dicast.* d. 9. dub. 13. & cum *Gob.* t. 7. n. 278. qui putant tum posse esse validum & informe. Similiter certò est invalidum, si quis etiam bonâ fide accedat sine ullo dolore, aut sine dolore supernaturali vel efficace, quidquid iterum contradicant aliqui apud *Lugon.* 69. *Aversam* s. 7. *Gormaz* num. 297. Quòd si Sacerdos intenderet pœnitentem rite dispositum absolvere ab aliquibus tantùm, & non ab omnibus mortalibus, si hæc ipsius intentio prævaleat, id est, si absolutè nolit absolvere, nisi per absolutionem remittatur unum mortale sine altero, Sacramentum non est tantùm informe, sed prorsus invalidum, uti rectè *Gormaz* n. 285. quia non habet intentionem conformem institutioni Christi, qui voluit non remitti unum mortale sine altero: si tamen prævaleret intentio faciendi hoc, quod facit Ecclesia, vel quod Christus instituit, Sacramentum esset validum & formatum.

Obji. S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. a. 4. videtur docere, quòd Sacramentum possit esse validum, etiam si etiam scienter aliquis omittat omnem dolorem internum, ita enim habet: *Confessio potest esse in eo, qui non est contritus, quia potest peccata sua Sacerdoti innotescere & clavibus Ecclesie se subicere, & quamvis tunc non percipiat absolutionis*

fructum
sicut et
tur iter
tur poss
dat Au
cus n. 3
est tan
venti e
teria S
fitio ta
quam v
tum es
menti
suscep
disposi
ficient
Conc. F
tionem
materi
De pœ
Sacram
confessi
nus di
valore
rè pœ
prout
ad val
non p
fidelit
fessio
fidele
etiam
c. 9. S
gente
porteb

fructum, tamen recedente fictione percipere incipit, sicut etiam est & in aliis Sacramentis: inde non tenetur iterare confessionem, qui fictus accedit, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri. Rationem dat Auctor libelli, cui titulus *Pentalogus diaphoricus* n. 3. & 2. quia dolor prout est internus, sic est tantum dispositio, prout autem est absolventi externè manifestatus, sic tantum est materia Sacramenti, sive, contritio cordis est dispositio tantum, contritio oris est materia, ergo quamvis desit contritio cordis, potest Sacramentum esse validum, quia non deest materia Sacramenti sed tantum dispositio, actualis autem susceptio Sacramenti supplet sufficientiam dispositionis, faciendo quod Deus sit tali insufficientià contentus. R. & contra est. 1. nam *Conc. Florent.* relatum n. 583. dicit *cordis contritionem* esse materiam hujus Sacramenti, sicuti materia est *oris Confessio*, Similiter *Trid. sess. 14. De pœn. c. 3.* ait, *Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio & satisfactio.* 2. Quamvis dolor internus dicatur esse dispositio, tamen requiritur ad valorem Sacramenti, cum sine illo nemo sit verè pœnitens: etiamsi autem dicatur esse materia prout manifestatus nihil ad rem facit, attamen ad valorem requiritur, ut adsit, imò manifestari non potest, si non adsit. 3. Sensus communis fidelium & praxis Ecclesiæ est, ut quando Confessio est sacrilega, censeatur invalida, ideoque fideles repetunt peccata in ea exposita, ita enim etiam præscribit *Catech. Rom. De Sacram. Pœn. c. 9.* Si quis peccata confessus sit præmissio negligente examine, *Confessionem iterare omnino oportebit*, ergo similiter, si confessus sit sine inter-

no dolore, confessio est invalida, licet utrobique negligatur aliquid merè internum. S. Th. intelligi debet de pœnitente, qui apud eundem Confessarium postea confitetur fictionem, hoc ipso enim censetur iterum sufficienter repetere suam confessionem: & in praxi pro securitate agendum est, ut in genere iterum se accuset de illis peccatis, secundùm dicenda n. 1216.

680. §. 4. Quando Sacramentum Pœnitentiæ fuit in validum, nunquam reviviscit, quia non extitit. E contra si fuit validum & informe, postea sublato obice reviviscit ad causandam gratiam, uti explicatum est in p. I. à n. 201. Et per talem Confessionem quamvis informem satisfit præcepto Cōfessionis annuæ, nec postea est obligatio repetendi peccata in tali confessione explicata, sed tantùm omissa, uti suis locis dicetur.

681. Q. 96. *Quid addendum sit circa dolorem, si quis confiteatur sola venialia.* R. seqq. §. 1. Dolor sufficiens pro remissione venialium in Sacramento, debet esse honestus, verus, formalis, supernaturalis, sensibilis, & efficax respectu alicujus saltem venialis, uti constat ex dictis à n. 663. si cum proportione applicentur rationes ibi adductæ: unde licet non sit obligatio confitendi venialia, tamen si quis ea confiteatur, debet habere illa, quæ requirit valor & effectus hujus Sacramenti, *Aversa* q. 11. s. 1. *Dicast.* d. 6. dub. 15. *Dixi*, respectu alicujus saltem venialis, nam communis & certa sententia est, non esse opus, ut dolor se extendat ad omnia venialia, quorum aliquis sibi conscius est, cum enim non sit obligatio ea confitendi, sed possint al-

ter rem
num re
cur pœ
rem un
§. 2
1. Dilg
xit ad
dolore
Arr. d
esse cer
quia C
cramen
liorum
cere do
est opp
volunt
etuali
quoru
Prapof
probal
munit
dicta
mentu
rum ap
quame
665. s
apud
le, si
lium,
rentia
sed co
debet
Sacra
vissim
& con
ter

ter remitti, neque sint obex gratiæ, & possit unum remitti sine altero, planè nulla ratio est, cur pœnitens necessariò habere debeat dolorem universalem de omnibus.

§. 2. Rejiciendæ sunt sequentes opiniones : 682.

1. *Dilgaldilli* apud *Moyam* d. 5. q. 5. n. 3., qui dixit ad confessionem venialium nullum requiri dolorem : oppositum enim certum esse dicit *Arr.* d. 38. n. 9. *Leander* apud *Moyam* n. 20. dicit esse certissimum, & constat ex dictis hactenus, quia Concilia dicunt dolorem esse partem Sacramenti Pœnitentiæ. 2. *Zanardi, Tancredi* & aliorum apud *Moyam* n. 14., qui dixerunt sufficere dolorem virtualem, nam n. 666. ostensum est oppositum. 3. Eorum, qui dicunt sufficere voluntatem suscipiendi Sacramentum sine actuali affectu ad ista venialia, quæ confitetur, quorum sententiam vocat non improbabilem *Prapof.*, & *Tamb.* De conf. l. 1. c. 3. §. 1. tuetur ut probabilem, sed meritò contradicunt alii communiter cum *Stoz* l. 1. p. 2. n. 73. quia secundum dicta n. 664. hæc voluntas suscipiendi Sacramentum non est re ipsâ dolor. 4. *Gran.* & aliorum apud *Moyam* nu. 1., qui putârunt sufficere quamcunque displicentiam, nam ex dictis num. 665. satis constat oppositum. 5. *Fabri Patavini* apud *Dicast.* n. 255., qui dixit non fore mortale, si quis confiteretur sine ullo dolore venialium, eò quòd non videatur esse gravis irreverentia frustrare Sacramentum in materia levi : sed contrà est, quia hic gravitas materiæ non debet desumi à materia confessionis, sed ab ipso Sacramento, cujus irritatio semper est res gravissima, uti rectè *Lugo* d. 14. n. 110. *Arr.* à n. 11. & constat ex dictis p. 1. n. 40.

683. §. 3. Sacramentum Pœnitentiæ potest habere valorem & effectum, quamvis dolor non extendat se ad omnia venialia, quæ quis confitetur, *Suar. Henriq. Valq. Hurt. Fagund. Lugo num. 118. Arr. d. 31. n. 53. Dian. p. 111. t. 5. R. 22. Dicast. n. 286. Moya q. 6. Stoz n. 66. Palav. n. 286. Bosio d. 7. l. 4. à n. 162. Sporer n. 96. contra Castrop. t. 23. p. 7. n. 14. & alios apud Suarez d. 20. l. 6. n. 7. qui dicunt per hoc peccari mortaliter, adeoque invalidari Sacramentum : quam opinionem Gonet d. 7. nu. 77. putat esse improbabilem, sed Dicast. n. 265. & Gormaz p. 1. nu. 487. dicunt esse satis probabilem. Ratio nostra est, quia cum non sit obligatio confitendi venialia, & possit unum per absolutionem remitti sine altero, etiam potest esse dispositio ad absolutionem unius & non alterius, ergo etiam poterit unum, de quo dolet, remitti sine altero, de quo non dolet, quamvis utrumque confiteatur. *Conf. 1. ex Haun. l. 4. n. 1000.*, nam ad veniam ab offenso impetrandam duo requiruntur & sufficiunt, primum est velle efficaciter illius amicitiam, alterum est efficaciter excludere illud, cujus veniam petimus, hæc autem possunt haberi, licet quis efficaciter non excludat omnia venialia, quæ confitetur, dummodo aliqua excludat, ergo. 2. ex *Palav. supra*; nam si hoc esset mortale, homines timorati merito dererrentur à confessione venialium: nam facile fit, ut inter ea sit aliquod, de quo efficaciter non doleant.*

684. *Obji. 1.* Peccatum, de quo non doles, est materia inepta absolutionis, sed materiam ineptam subjicere formæ Sacramenti est peccatum mortale, uti si quis hostiis triticeis consecran-

crandis misceat avenaceam, ergo peccatis, de quibus doles, miscere aliquod, de quo non doles, etiam est peccatum mortale. & minorem non esse universaliter veram, nam parum vini miscere aquæ pro Baptismo, item aliquot grana avenacea miscere tritico pro hostiis; esset ad summum veniale, uti rectè *Suar.* d. 22. l. 10. n. 8. *Lugo* supra. Admitto tamen fore mortale, inter triticeas hostias consecrandas miscere avenaceam, sed nego paritatem in peccato veniali, de quo non doles, mixto reliquis, de quibus doles. Disparitatem dat *Dicast.* n. 284. quod in consecratione tot physicè fiant Sacramenta, quot sunt hostiæ, unaquæque autem hostia est materia æquè gravis, quam prout physicè divisam afficit forma. E contra per absolutionem multorum peccatorum fit unicum Sacramentum, quod sufficienter salvatur in unico veniali. Disparitatem illam meliùs explicant *Suar.* supra & *Lugo* n. 121. quidquid contradicant *Arr.* à n. 56. & *Dicast.* à nu. 270. quia nempe verba consecrationis diriguntur ad materiam, quam absolutè determinat & demonstrant per *Tò hoc*, & de singulis hostiis dicunt esse corpus Christi, ergo si supponatur materia non vera nec apta fieri Corpus Christi, forma fit falsa. E contra verba absolutionis non diriguntur ad peccata, sed ad pœnitentem, & indirectè tantum ac in confuso attingunt peccata, dicendo, quantum in me est, remitto tibi peccata: quod manet verum, licèt ex indispositione pœnitentis aliquod peccatum non remittatur, dummodo causetur gratia, & peccatum, de quo dolet, remittatur. Aliam disparitatem dat *Gormaz* p. 1. à n. 489. quia hostia avenacea non opponitur

ad alium finem, nisi ut consecratur, hinc consecratio cadit super eam: è contra peccatum, de quo non dolet, non ideo in confessione dicitur, ut absolutio super illud cadat, sed dicitur vel ad humilitatem seu confusionem suam, vel ad manifestandam magis conscientiam, sicut etiam in confessione manifestari possunt habitus mali & propensiones inordinatæ, confessio enim etiam est ad regimen conscientia & ad securam vitæ directionem, uti habet *Trid. sess. 14. De pœn. c. 8.* Unde intentio pœnitentis vel absolventis non est, ut absolutio cadat super tale veniale, sed tantum, ut cadat super ea, de quibus pœnitens dolet, uti notavit etiam *Art. num. 58.*

685. *Obji. 2.* Confitens peccatum, exercitè dicit se dolere de eo, & velle absolvi, ergo si non doleat, & consequenter nolit absolvi, mentitur, ergo irritat Sacramentum. *R. n. ant.* Illo tamen dissimulato, & dato, quòd mentiat, mendacium est circa rem levem, & circa materiam liberam confessionis, ergo ad summum peccatur venialiter, nec ideo irritatur Sacramentum, dummodo maneat dolor de alio veniali. *Dixi*, dato, nam licet ille, qui confitetur veniale, expressè nolens dolere de illo, videatur leviter mentiri, tamen si in genere dolens saltem de gravioribus, in fine dicat, de his & omnibus peccatis meis doleo, non videtur mentiri, quia non vult aliud significare, nec aliter eum intelligit Confessarius, quàm quòd doleat de omnibus illis, à quibus nunc vult & potest absolvi: hinc,

686. *§. 4.* Quamvis confitearis multa venialia, ad valorem & fructum Sacramenti satis est, si doleat

doleas
quenti
gravid
pterea
apud
men a
meliùs
mò se
nialite
n. 55.

Qu
dicetu
venia

Q.
fession

f. 4.
De co

rer nu
alii p

intem
confe

vis ne
esse c

dub.
prob

confe
talis,

quan
ablu
vis in
& ad
talis,
se ad
ideo
Sacr

doleas & te accuses de uno graviore, vel de frequentia illorum, est enim specialis inhonestas in gravioribus vel in consuetudine eorum, & propterea potes dolere, *Lugo, Tancredi, Verric. Tamb.* apud *Moyam* q. 5. nu. 27. *Sporer* nu. 97. Si quis tamen advertat se non dolere de aliquo veniali, melius facit omittendo illius confessionem: imò secundum *Suar.* confitens illud peccat venialiter, quamvis oppositum videatur *Arriaga* n. 55.

Quale requiratur propositum circa venialia, *687.* dicitur à n. 902. Quandonam autem dolor de venialibus censeatur revocari, dicitur à n. 715.

Q. 97. Quomodo dolor debeat se habere ad confessionem & absolutionem. R. §. 1. Lugo d. 14. s. 4. *Aversa* q. 11. s. 1. *Rogin.* l. 5. n. 54. *Tamb.* De confess. l. 1. c. 2. §. 3. *Gob. tr.* 6. nu. 155. *Sporer* nu. 288. *Moya* d. 5. q. 9. nu. 14. *Illf.* nu. 40. & alii putant non requiri, ut dolor sit elicitus ex intentione confitendi, sed satis esse, quòd per consequentem voluntatem eò referatur, quamvis non renovetur, quòd *Arr.* d. 37. n. 17. putat esse certum. E contra *Præpos. Bonac. Dicast.* d. 6. dub. 13. aliique plurimi, teste *Stoz* l. 1. p. 2. n. 53. probabiliùs dicunt debere elici ex intentione confessionis, quia aliàs non est actio Sacramentalis, ergo non censebitur subjici formæ tanquam pars materialis & determinanda, sicuti ablutio facta sine intentione baptizandi, quamvis immediatè post referretur ad Baptismum, & adderetur forma, non esset actio Sacramentalis, nec pars Baptismi. Si dicas, ablutionem esse actionem Ministri, qui nomine Christi agit, ideoque specialiter debere poni ex intentione Sacramenti. *Contra* est, nam ad actionem suscipientis

piensis etiam requiritur intentio Sacramenti, si enim ordinandus poneret contactum materialium sine intentione Sacramenti, non ordinaretur validè. Et idem est de illo, qui posuisset confessionem sine intentione absolutionis, uti fatetur *Lugo* n. 45. quidquid videatur contradicere *Amic.* d. 12. à n. 64.

688. *Obji.* 1. Dolor & propositum sunt voluntas implendi omne præceptum, ergo cum datur præceptum confitendi, sufficienter erunt voluntas confitendi. *R.* n. conf. nam sæpe elicitur dolor de peccatis, de quibus confitendum non est præceptum, qualia sunt venialia aut mortalia antehac confessa, ergo dolor secundum se censetur aliquid indifferens ad confessionem. Docet tamen probabiliter *Palav.* nu. 278. si dolori conjunctum sit desiderium justificationis, tum adesse sufficientem intentionem confitendi mortalia necdum remissa, quia confessio est vel in se vel in voto medium necessarium ad veniam de his peccatis obtinendam. Et idem posset concedi de dolore circa mortale necdum remissum.

689. *Obji.* 2. *Trid.* sess. 14. De poen. c. 4. plus non requirit ad dolorem, qui sufficiat, quam ut sit cum spe veniæ & excludat omnem voluntatem peccandi, ergo malè requirimus, ut ponatur ex voluntate confitendi. *R.* n. antec. nam. 1. vocat dolorem in Sacramento, non est autem in Sacramento, nisi eliciatur ex intentione Sacramenti. 2. Dicit illi debere esse conjunctum votum præstandi reliqua, quæ ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur, inter quæ est confessio, ergo si non adsit votum sive intentio confitendi, non est ille dolor, qui secundum

cundum
Sacram

Obji.

simum

ad effe

conf. y

non ef

piat ra

bere de

nitent

per ref

tum, n

mente

Obji.

crame

eas pre

idem e

dum a

modu

nentis

consti

Inst

& tran

ment

to non

positu

hoc o

non e

ex inf

tanqu

actio

nend

In

pars

dum

cundum *Trid.* requiritur ad justificationem per Sacramentum.

Obji. 3. Dolor de peccatis antecedens Bapti- 690,
smum sine ulla relatione ad Baptismum sufficit
ad effectum Baptismi, ergo similiter hic. R. n.
conf. 1. quia dolor non est pars Baptismi, hinc
non est opus, ut per ejusmodi relationem acci-
piat rationem actionis sacramentalis, quam ha-
bere debet dolor, qui est pars Sacramenti Pœ-
nitentiæ. 2. Quia dolor ante Baptismum sem-
per refertur ad Baptismum, cum sit illius vo-
tum, non ita semper refertur dolor ad Sacra-
mentum Pœnitentiæ, uti dictum est n. 688.

Obji. 4. Species panis & vini sunt partes Sa- 691.
cramenti Eucharistiæ, neque tamen opus est
eas produci ex intentione Sacramenti, ergo
idem est hic. R. Species sunt partes per mo-
dum actionis humanæ & transeuntis, n. per
modum rei antecederet productæ & perma-
nentis, quæ secundum se perdurans postea
constituit Sacramentum, c. antec. & n. conf.

Inst. 1. Peccatum ipsum est actio humana 692.
& transiens pœnitentis, similique pars Sacra-
menti Pœnitentiæ, quod deficiente solo pecca-
to non existeret, neque tamen opus est, ut sit
positum cum intentione confitendi, ergo nec
hoc opus est de dolore. R. n. conf. peccatum
non est actio sacramentalis, cum non ponatur
ex institutione Christi, sed tantum supponatur
tanquam materia destruenda: dolor autem est
actio sacramentalis ex institutione Christi po-
nenda.

Inst. 2. Satisfactio est ex institutione Christi 693.
pars Sacramenti Pœnitentiæ, ponenda per mo-
dum actionis humanæ & transeuntis, & tamen
opus

opus

opus non est eam poni cum reflexione ad Sacramentum Pœnitentiæ, ergo similiter de dolore. R. 1. Si argumentum valet, ergo nequidem opus est dolorem referri ad confessionem per voluntatem consequentem, nam secundum Adversarios, satisfactio manet impleta, licet nunquam cogitem de illa ad Sacramentum susceptum referenda. R. 2. Dato anteq. n. conf. quia satisfactio est tantum pars integralis. Dixi, dato anteq., nam n. 1286. dicam debere perfolvi ex aliqua intentione satisfaciendi pro illa.

694. *Inst.* 3. Si Cajus dicat Bertæ, accipio te in meam; Berta autem reponat, & ego accipio te in meum, valet Matrimonium, quamvis Berta intentionem Matrimonii necdum habuerit, quando Cajus dicebat, accipio te in meam, ergo non est opus, ut intentio suscipientis Sacramentum tum adsit, quando ponitur actio, quæ ex institutione Christi est pars essentialis Sacramenti. R. 1. n. conf. nam suscipiens hic est, non tantum Berta, sed etiam Cajus, intentio autem Caji debuit tum adesse, & hoc sufficiebat, ut actio illa fieret sacramentalis, sub conditione, si Berta mutuò consentiret. R. 2. Quamvis hoc non teneret in Matrimonio, in quo Christus non immutavit naturam contractus humani, inde nihil inferri posset ad alia Sacramenta, quæ non sunt contractus, & in quibus Christus voluit actiones suscipientis fieri sacramentales per ipsius intentionem.

695. *Obji.* 5. Odium morbi causat summptionem medicinæ, ergo similiter dolor de peccato causat voluntatem illud confitendi, ergo dolor, con naturaliter loquendo, est prior quam voluntas

luntas confitendi, ergo dolor non debet procedere ex voluntate confitendi. *Re.* datâ 1. & 2. sequelâ n. ultimam, quamvis enim dolor de peccato connaturaliter causet voluntatē confitendi, tamen ut ille ipse dolor sit sacramentalis, debet poni ex aliqua alia priore voluntate confitendi, estque etiam omnino connaturale, ut eadem voluntas pœnitendi imperet & dolorem & confessionem.

§. 2. Quamvis concederemus, quòd sententia dicens non requiri, ut dolor sit elicitus ex intentione confitendi, esset probabilior, tamen ejus praxis foret illicita, & damnata est ab *Innocentio XI.* in 1. propositione, nam hìc agitur de valore Sacramenti, ergo cùm sententia illa non sit certa, nostra, quæ tutior est, debet in praxi teneri, ne Sacramentum exponatur periculo nullitatis. 696.

§. 3. Dolor debet præcedere absolutionem, 697. uti tenent omnes cum *Lugo* n. 17. *Arr.* n. 7. *Moya* q. 10. n. 3. *Dicast.* d. 6. n. 133. *Stoz* n. 47. Ratio est 1. quia peccator sine dolore non censetur pœnitens, nec dispositus ad remissionem peccati, ergo absolutio frustraretur. 2. Quia Christus voluit, ut Sacerdos tanquam Judex, ad absolutionem dandam moveretur per confessionem & dolorem pœnitentis, ergo debent præcedere. Putant quidem *Tamb. Raslerus*, *Gob* n. 54. *Sporer* n. 297. probabiliter sufficere, si dolor eliciatur sub absolutione, dummodo ante finem illius, sed *Lugo* n. 48. dicit talem dolorem non sufficere, monentque reliqui Authores id cavendum esse, quia Sacramentum exponeretur periculo nullitatis.

§. 4. Dolor sufficit, quamvis prius post 698. confel-

confessionem eliciatur : Ita Nav. Tolet. Vesp.
Hurt. Dian. Bonac. Fagund. Lohn. Suar. d. 20. l. 4.
n. 31. Aversa q. 11. s. 1. Lugo d. 14. s. 2. Arr. s. 2.
Amic. d. 12. s. 4. Tamb. §. 4. Haun. l. 4. n. 995. Bala.
d. 7. s. 4. n. 96. Platel. n. 643. Illj. n. 41. Sponer. a.
292. Gob. n. 149. Moya n. 1. qui citat plures alios
item Abelly p. 2. t. 1. c. 1. s. 10. dicens esse in praxi
tutum. Est autem contra Cón. d. 4. dub. 6. Laym.
l. 5. t. 6. c. 4. n. 4. Castrop. t. 23. p. 7. n. 11. Bonac. d.
5. n. 13. Ochagav. apud Aversam supra : Ratio
est, quia nihil obstat, uti patebit ex solutione
objectionum. Et Conf. ex praxi Confessariorum,
qui, prout faciendum esse monet Rituale Ro-
manum, De ordine ministrandi Sacramentum
Pœnitentiæ §. 12., auditâ confessione conan-
tur efficacibus verbis adducere pœnitentes ad
dolorem, neque tamen ideo jubent iterum con-
fiteri. Item ex praxi fidelium, qui sæpè per mul-
tos dies continuant confessionem generalem,
dolore ad ultimum diem dilato, contenti, si eli-
ciant ante absolutionem.

699. *Obji.* 1. Si confessio non procedat ex dolo-
re, ergo non erit sacramentalis, nec reconcilia-
tiva, sed habebit se sicut narratio historica. R.
n. seq., nam manifestè differt à narratione hi-
storica per hoc, quòd fiat ex voluntate habendi
absolutionem, per quam obtinetur remissio
peccatorum; & per hoc etiam sufficienter dici-
tur reconciliativa; imò quamvis dolor praece-
deret, adhuc possent peccata merè historice
narrari, si quis ea enarraret sine intentione ab-
solutionis, ergo ad hoc, ut confessio dicatur sa-
cramentalis & reconciliativa, nihil ad rem fa-
cit, quòd dolor antecedit vel sequatur. Addunt
Suar. supra, Dicast. n. 133. Gob. nu. 152. Sponer. nu.
295.

295. quamvis pœnitens antea tantùm historicè vel ridiculè narrasset peccata, si tamen postea doleat de illis & externè manifestet se ab illis velle absolvi, confessionem illam jam sufficienter fieri sacramentalem, quia sufficienter censetur repeti.

Obji. 2. Dolor, qui est pars Sacramenti, debet esse sensibilis, secundùm dicta num. 669. sed non potest fieri sensibilis per confessionem antecedentem, tum enim necdum est dolor, ergo. & *Lugo* n. 17. *Hann.* suprâ, *Moya* n. 3. *Palav.* n. 277. negant minorem, putant enim sufficienter sensibilem fieri per confessionem ipsam ùt imperatam ex eadem voluntate suscipiendi Sacramentum, ad quod etiam requiritur dolor. *Suar. Dicast.* *Sporer* n. 294. *Gob.* n. 151. dicunt etiam sufficienter fieri sensibilem per expectantiam absolutionis, & continuatam genuflexionem, quæ est quasi continuata confessio. *Bosco* dicit etiam sufficienter fieri sensibilem per *confiteor*, quod præmitti solet, & significat dolorem præsentem vel futurum, sed quidquid sit de prioribus sententiis, hac ultimâ non acquiescunt *Dicast.* n. 135. & *Sporer* n. 268. Hinc dicendum est dolorem, qui sequitur confessionem, posse aliter fieri sensibilem, si nempe pœnitens post elicium dolorem tundat pectus, vel interrogatus dicat se dolere.

§. 5. Quamvis secundùm dicta probabilius sit sufficere dolorem post confessionem elicium, tamen *praxis* illius sententiæ est illicita & damnata ab *Inn. XI.* agitur enim de valore Sacramenti, & quamvis *Lugo* n. 13. sententiam oppositam vocet singularem & contra omnes alios Theologos, nihilominus est probabilis,

uti fatentur *Stoz* n. 48. & *Gorm.* p. 2. n. 81. ergo cum sententia nostra non sit certa, Sacramentum exponeretur periculo nullitatis; hinc in praxi tenetur pœnitens post dolorem elicitum se accusare saltem in genere de peccatis antea dictis, & si Confessarius tum interroget, an non se iterum accuset de peccatis illis, ac pœnitens dicat, ita, hoc certò sufficiet, sic enim sufficienter repetetur confessio.

702. §. 6. Dolor debet ita perdurare moraliter, ut absolvendus ex vi illius censeretur potest ad huc pœnitere, si enim non ita moraliter perduret vel in se vel in aliquo suo effectu, non constituet unum moraliter cum absolutione, adeoque non erit pars Sacramenti Pœnitentiæ, neque peccator censebitur amplius petere sibi remitti peccata. Quamdiu autem dolor physice præteritus censeretur potest ita moraliter perdurare, difficile est statuere pro praxi; *Granado* apud *Aversam* q. 11. s. 1. absolute requirit propinquum tempus: E contra aliqui apud *Dian.* p. 3. t. 4. R. 116. putant sufficere dolorem etiam ante plures annos habitum, dummodo non sit retractatus; quam sententiam *Stoz* n. 50. merito dicit esse nimis laxam. *Tancredi* apud *Moyam* q. 9. n. 3. dicit posse præcedere per mensem. *Escob.* l. 14. probl. 24. & *Arr.* d. 37. n. 15. in genere dicunt etiam longo tempore antecedentem sufficere; & consentiunt *Prap.* & *Dian.* alique plures apud *Aversam* supra & *Moyam* n. 7. *Hurt.* autem apud *Dian.* p. 5. t. 14. R. 67. putat saltem satis esse, quamvis quatuor, quinque aut etiam pluribus diebus antecedat, sed etiam ista nimis laxa esse dicit *Stoz* n. 51. *Dicast.* d. 6. n. 167. *Arr.* n. 11. *Sporer* n. 301. *Gob.* n.

n. 169. dicunt, si quis hodie cum dolore confessus incidat in perpetuam amentiam vel apoplexiam, posse & debere post multos dies absolvi, etiam ab alio quàm illo, qui confessionem audivit: & similiter loquuntur *Nav. Sot. Ledesm. Henriq. apud Moyam n. 6. Item Marchant. apud Sporer n. 287. unde Gob. n. 159. dicit perdurare dolorem, quamvis præcedat uno vel duobus diebus, quod Carden: in 2. crisi d. 2. n. 88. dicit esse certum. Addit Gorm. n. 82. posse perdurare etiam longiore tempore, dummodo aliquem sui effectum relinquat, hinc Less. in Auct. V. Confessio casu 3. sic habet, Dolor semel conceptus de peccatis in ordine ad confessionem recogitatis, si quis ex vi illius & proposito tunc concepto, applicet se etiam postridie ad confessionem, sufficit, licet quis in actu confitendi novum dolorem non concipiat, manet enim iste dolor virtute, sicut dum quis ex proposito hesterno applicat se hodie ad peregrinandum. Idem tenent *Dian. supra, Sporer & Gob. n. 157. putans hoc esse indubitatum, & addit n. 160. se non legisse Theologum, qui hoc neget, hinc etiam Tamb. & Stoz n. 52. cum Dicast. supra dicunt sufficere, quamvis dolor etiam toto die antecedente præcesserit. Addunt Tamb. & Sporer supra certò sufficere, si tantum intercedat tempus trium vel quatuor horarum: Moyam n. 10. dicit secundum omnes sufficere, si duabus tantum vel tribus horis antecedit: in hac tanta sententiarum varietate certa videntur seqq.**

1. Non est opus, ut formalis dolor coëxistat confessioni vel absolutioni; potest enim materia hujus Sacramenti longiùs abesse à forma, quàm in aliis Sacramentis, quia hoc Sacramen-

tum imitatur iudicium forense, in quo sententia sequi potest diu post accusationem, processum & confessionem Rei; neque constat, quod Christus quoad hoc immutavit hoc iudicium Sacramentale, nec est eadem ratio de aliis Sacramentis, quorum formæ plerumque significant materiam suam actu adesse præsentem, uti forma Baptismi ablutionem, forma Confirmationis unctionem &c.

704. 2. Si dolor præcesserit ante plures dies, merito dubium est, an moraliter perduret, facile enim posset esse retractatus per intercurrentia peccatum, aut moraliter desisse & supervenisse aliud motivum, propter quod nunc fieret confessio vel peteretur absolutio, unde ne Sacramentum exponatur periculo nullitatis, dolor erit renovandus.
705. 3. Si quis experiatur se ex vi doloris in ordine ad absolutionem non diu antè elicitum adhuc aliquid facere, v. g. pergere examinare conscientiam, manere ad confessionale ex intentione confitendi, certus est se adhuc habere dolorem virtualem & sufficientem, qui perseveret in actu tenui & imperceptibili, nisi expressè vel tacite per superveniens peccatum retractarit illum, quamvis fortè per plures horas dolor ille formalis antecesserit.
706. 4. Si quis, postquam dolorem elicit, converterit se ad aliud negotium, v. g. ad scribendas litteras, aut si diu præterièrit dolor, & animus per distractionem quasi dilapsus sit ad alia, quamvis positivè necdum dimiserit voluntatem confessionis & absolutionis, tamen in praxi breviter renovandus est dolor saltem in fine confessionis, dicendo, *De his & omnibus peccatis*

meis do
per eius

§. 7
sicè præ
solutione
omnib
aliquæ
sufficer

tetur in
manere

i. Plat

nitens

carum,

& Stoz

Arr.d.

n. 160.

cunt eu

confite

oblitus

intra t

perdur

& omni

tatum

propte

integr

pleat c

dolor

& Gol

idem

nem à

vere,

hoc a

gere

specu

& ra

me is

meis doleo, quia Deum summè bonum offendi, & per ejus gratiam propono peccata cavere imposterum

§. 7. Probabilius est eundem dolorem physicè præteritum posse sufficere pro pluribus absolutionibus. Quod tamen non uno modo ab omnibus defenditur, nam *Ledesm. Salas, Escob.* alique multi cum *Moya* q. 8. dicunt tum saltem sufficere, quando eadem peccata iterum confiteretur intra tempus, quo censeri debet moraliter manere ille prior dolor: *Henriq. Aversa*, q. 11. s. 1. *Platel*. n. 644. alique dicunt sufficere, si pœnitens statim redeat & iterum confiteatur peccatum, quod fuerat oblitus: Idem dicunt *Tamb. & Stoz* num. 52., quamvis sequenti die rediret: *Arr.* d. 37. n. 12. *Dian.* p. 11. t. 5. *R.* 21. *Dicast.* d. 6. n. 160. *Illf.* n. 43. *Stoz* suprâ alique absolutè dicunt eundem dolorem sufficere, sive iterum confiteatur, quæ antehac confessus, sive quæ oblitus erat, dummodo utraque confessio fiat intra tempus, quo dolor censetur moraliter perdurare. Hoc certius est, inquit *Sporer* n. 300., & omnes Theologi morales tanquam indubitatum supponunt, inquit *Moya* n. 4. si aliquis propter periculum mortis absolvatur necdum integrè confessus, & remittente periculo compleat confessionem, posse iterum sine novo dolore absolvi. Idem dicunt *Lugo* d. 14. n. 27. & *Gob.* t. 6. n. 165.; qui cum *Henriq.* addunt idem esse, si à Superiore accepisses absolutionem à reservato, & quia noluisset ab aliis absolvere, tu iterum alteri confitereris omnia, & ab hoc absolveris simul à reliquis, te non indigere novo dolore: quæ omnes sententiæ sunt, speculativè loquendo, saltem probabiliores: & ratio generalis est, quia multiplex forma

potest cadere super eandem materiam, etiam proximam, & cum ea constituere multiplex Sacramentum; nam imprimis multiplex consecratio ita cadit super eandem hostiam seu species, & super idem Corpus Christi, quando plures neomystræ cum Episcopo consecrant. *Nec obstat*, quòd hæc materiæ sint aliquid permanens, dolor autem sit actio transiens, nam supponimus dolorem permanere moraliter, quod sufficit secundum dicta n. 703. Deinde si aliquis confiteatur simul pluribus Sacerdotibus, potest secundum dicta num. 646. à singulis absolvi, etiam successivè, quia talis confessio audita à multis est moraliter multiplex, facitque etiam dolorem esse moraliter multiplicem, ergo multò magis confessio intra breve tempus repetita & physicè multiplex faciet eundem dolorem esse moraliter multiplicem, adeoque sufficere pro pluribus absolutionibus etiam successivis. Denique si sim confessus & absolutus, sed quia unum peccatum fui oblitus, si paulò post redeam, dolor universalis, qui antecessit primam confessionem, fuisset sufficiens pro secunda confessione peccati, quod eram oblitus, si hæc confessio secunda fuisset prima, ergo etiam est sufficiens, quamvis alia confessio antecesserit, hæc enim non immutat illum dolorem.

708. *Obji.* I. Duplex successiva absolutio non potest cadere super eandem confessionem uni Sacerdoti factam, ergo nec super eundem dolorem. & n. conf. Disparitas est I. quia hoc Sacramentum est per modum iudicii, ut autem sit nova sententia, debet esse nova accusatio & novus processus, cum Judex nihil possit nisi

servato

servato modo juris, qui est, ut si munere suo functus sit in aliqua causa, conquiescat, nisi aliunde iterum inchoetur processus: è contra ad novam sententiam sufficit nova accusatio & nova causa sentiendi, quamvis non adsit novus dolor, hic enim non requiritur ad sententiam judicialem secundum se, & quamvis requiratur ad sententiam sacramentalem, sufficit adesse eundem moraliter perdurantem. 2. Quia idem dolor fit moraliter duplex, cum per duplicem confessionem bis exhibeatur & subjiciatur repetitæ absolutioni, non item eadem confessio, nam neque per se ipsam potest bis exhiberi, cum physicè præteriêrit, nec reproducat, neque per aliam confessionem, alioquin non esset una, sed duplex confessio.

Inst. Per primam absolutionem erat completus & terminatus illè actus judicialis, ergo si ponatur nova absolutio, quæ est nova forma iudicii, erit novus actus judicialis, ergo debet adesse nova materia proxima, ergo novus dolor. R. Ergo debet adesse nova materia proxima, adæquatè alia, n. inadæquatè alia, nempe nova confessio, c. 2. seq. & n. 3.

Obji. 2. Si sufficiat unus dolor pro pluribus absolutionibus successivis, ergo qui initio anni haberet dolorem universalem de omnibus peccatis, & illius recordatione postea excitaretur ad confitendum, posset ex vi illius non retractati, quamvis non renovati singulis diebus anni confiteri peccata præterita & absolvi. R. Sequelam concedunt *Bosco* n. 154. & *Moya* q. 9. num. 12. extendens etiam ad plures annos, sed quia hoc videtur esse contra communem sensum, n. seq. si enim dolor ita longè distet ab

absolutione, non censebitur facere unum moraliter cum illa, quantum autem distare possit, colligendum est ex dictis à n. 702.

710. *Obji.* 3. Eadem ablutio non potest servire pro duplici Baptismo, ergo nec idem dolor pro duplici Sacramento Pœnitentiæ. & n. ant. nam si eadem ablutio, quæ cadebat super Cajum, reproduceretur, posset cadere super Titium substitutum in locum Caji: aut saltem si Caju & Titius essent in eodem loco penetrativè, & affundens aquam diceret, *Ego vos baptizo*, &c. eadem ablutio serviret ad duplicem Baptismum. Quòd autem id fieri non possit naturaliter, causa est, quia ablutio physicè existens debet afficere baptizandum, & cum sit actio transiens, non potest physicè afficere plures: E contra non est opus dolorem physicè existere, ut afficiat confessionem, aut ut afficiatur ab absolutione, sed satis est, quòd existat seu perseveret moraliter, sic autem perseverat, quando fit repetita confessio.

711. §. 8. Non est certum, quòd idem dolor physicè præteritus sufficiat pro pluribus absolutionibus, nam semper requiri novum dolorem, quoties datur nova absolutio, est sententia probabilis, quam docent *Vasq.* q. 92. a. 3. dub. 5. n. 10. *Bonac.* d. 5. q. 4. p. 4. n. 1. *Amic.* d. 13. n. 36. Eandem tenent, saltem tum quando iterum confitetur peccata antehac confessa, *Henriq.* *Aversa*, *Fill.* t. 6. n. 77. *Bernal.* De Sacram. d. 6. n. 74. *J. Sanch.* d. 1. n. 22. dicens communem, *Dian.* p. 3. t. 4. R. 116. Est autem ferme similis ratio de peccatis, quæ quis oblitus est, & de illis quæ est antea confessus, nec pro utraque parte desunt rationes probabiles, uti patet ex dictis à n. 708.

§. 9. Praxis sententiæ, quàm à n. 707. defen- 712.
dimus, est illicita & damnata ab *Inn. XI.* uti constat ex dictis, sententia enim illa non est certa, & agitur de valore Sacramenti, ergo in praxi eligenda est opposita tutior: Unde si quis etiam statim post absolutionem recordans peccati illud addat, debeatque ab eo absolvi, tenebitur prius renovare dolorem, alioqui hæc secunda absolutio exponetur periculo nullitatis, ideoque peccabitur mortaliter.

§. 10. Si idem dolor physicè perseveret saltem tenuiter, quamvis imperceptibiliter, & ordinetur ad novam absolutionem, certò sufficiet, si enim dolor ille fuisset physicè interruptus & postea renovatus, certò sufficeret, ergo etiam quando physicè perseverat, est enim moraliter alius, partim per coexistentiam ad plura tempora, partim per repetitam accusationem, quâ iterum manifestatur & subjicitur formæ, partim etiam per relationem ad plures absolutiones: sic autem communiter contingit, si quis statim post absolutionem addat peccatum, quod fuerat oblitus, dolor enim saltem virtualis communiter adhuc existit cum confessione, & continuatur usque ad absolutionem secundam.

Q. 98. *Quandonam dolor censeatur revocari* 714.
per peccatum subsequens. R. §. 1. Dolor de mortalibus revocatur per quodcunque mortale postea commissum, quantum est in ordine ad remissionem, cum enim unum mortale non remittatur sine altero, hoc ultimū mortale, de quo needum doluit, non remittetur, ergo nec cætera, de quibus doluit. Deinde saltem revocatum est propositum universale non peccandi

de cætero, quod requiritur ad remissionem cujuscunque mortalis, secundum dicenda nu. 898. *Dixi*, quantum est in ordine ad remissionem, nam si de prioribus doluerit ex motivo speciali, v. g. de furtis & perjuriis propter specialem honestatem virtutum justitiæ & Religionis, quibus hæc peccata opponuntur, poterit hic dolor manere, licet postea admittatur delictatio turpis.

715. §. 2. Si ille, qui unico actu doluit de mortalibus & venialibus ex motivo universali cadente super utraque, v. g. quia displicent Deo summè bono, postmodum peccet venialiter, putant *Lugo* d. 14. n. 146. *Arr.* d. 38. n. 24. *Discast.* d. 6. n. 322. *Palav.* n. 290. *Tamb.* De confess. l. 1. c. 3. §. 4. *Stoz* l. 1. p. 2. n. 72. & alii recentiores communiter non ideo dolorem illum revocari quoad mortalia, quia licet esset actus physicè unus, erat tamen virtualiter multiplex, & inæqualiter ferebatur pro gravitate illorum, quia nempe in peccato graviore plus reperiebatur de suo motivo quàm in leviori, graviora enim magis displicent Deo ejusque bonitati magis opponuntur, sicuti, inquit *Gormaz*, actus charitatis erga Deum & proximum, inæqualiter tendit in objecta sua secundum horum inæqualitatem, alia enim est comparatio animi respectu Dei, alia respectu proximi: similiter alia erat comparatio animi respectu mortalium, alia respectu venialium, ergo licet dolor revocetur respectu venialium, non ideo revocatur respectu mortalium. Pro quo dat alia similia *Palav.* *suprà*, sic enim qui per testamentum reliquit Petro totam hæreditatem, quamvis Paulo donet aliquid parvum, non ideo re-

vocat

vocat totum testamentum : item qui ex motivo perfectæ amicitiae decrevit nunquam offendere alterum, non ideo revocat voluntatem non offendendi graviter, licet aliquando offendant leviter. Et hanc sententiam esse satis certam ac in praxi tutam dicunt plerique ex citatis authoribus : Restat tamen aliqua difficultas, nam motivum universale desinit movere respectu omnium collectivè sumptorum, ergo physicè desinit prior actus doloris, vel saltem desineret, si adhuc physicè esset, quia desinit extensio ad omnia, quæ extensio physicè erat idem totus actus, neque certum est, quòd physicè succedat novus actus circa reliqua, quia voluntas non applicatur de novo ad alium actum, ergo non videtur absolutè manere moraliter, actus enim, qui nunc physicè debuisset desinere, si adhuc physicè extitisset, quando superveniebat illud veniale, non videtur posse dici manere moraliter. Scio dici posse, quòd maneat moraliter respectu mortalium, attamen pro majori securitate expediet elicere alium actum doloris circa mortalia, aut resumpto universali motivo innovare priorem actum circa omnia. Rectè autem notant omnes post absolutionem bonâ fide acceptam non debere in dubium revocari valorem, dummodo in sequente confessione eliciatur dolor se extendens ad illa priora mortalia, hæc enim confessio erit formaliter integra, & per absolutionem indirectè remittentur etiam priora peccata, si fortè prior confessio fuisset invalida.

§. 3. Quæ dicta sunt circa dolorem de mortalibus & venialibus, valent circa dolorem de multis venialibus ex tali motivo universali, si enim

716.

enim

enim postea committatur aliquod veniale ma-
jus vel æquale, revocatur dolor, si autem com-
mittatur veniale levius, iidem Authores cum
Arr. n. 25. & Dicast. n. 325. putant non debere
censeri revocatum, ob rationem antè datam.
Sed in praxi putarem etiam in hoc ultimo caso
talem dolorè pro securitate esse innovandum.

717. Q. 99. *Ex quibus motivis concipi possit dolor de peccatis.* R. §. 1. Dolor de peccatis concipi potest, 1. ex motivo malo, uti si doleas de ebrietate, quia per hanc impeditus, non potuisti occidere hostem. 2. Ex motivo indifferente, uti si doleas de ebrietate, quia contraxisti motubum. 3. Ex motivo humano, si doleas de furto, quia contraxisti infamiam. 4. Ex motivo honesto sed purè naturali, si doleas de mendacio, quia præcisè dedecet virum honoratum. 5. Ex motivo honesto respiciente Deum, & per fidem supernaturalem proposito, si doleat de peccato, quia scædat animam Christi Sanguine redemptam.

Primus dolor est peccatum, tres sequentes non sunt de se mali, attamen non sufficiunt ad Sacramentum Pœnitentiæ, quia sunt naturales. Solus 5. potest esse supernaturalis & sufficiens, uti constabit ex dicendis. An autem dolor possit esse honestus & supernaturalis, si quis ex malo fine, v. g. ex vana gloria velit confiteri, dicetur à n. 1168.

718. §. 2. Dolor de peccatis ad Sacramentum Pœnitentiæ requisitus universim concipi potest ex quatuor motivis, quæ sunt, 1. metus pœnæ. 2. spes præmii. 3. turpitude peccati. 4. bonitas Dei, uti constabit ex dicendis, præsertim à n. 786.

Q. 100.

Q. 100. *Quid notandum sit circa metum*, ex 719.
quo concipi potest dolor de peccatis. R. seqq. §. 1.

Metus ratione peccati alius est divinus sive cœlestis, alius humanus sive mundanus: divinus est, qui provenit ratione alicujus concernentis Deum vel cœlestem gloriam: Humanus est, qui provenit purè ratione creaturæ, uti si horream furtum, quia apud homines causat infamiam; & hic metus communiter est inhonestus, quia non excludit affectum internum peccandi, quem homines non vident, nec punire possunt.

§. 2. Metus divinus, alius dicitur servilis, 720.
 alius filialis, alius initialis. Servilis est, quo timeo mihi malum, quod peccatum causat apud Deum. Filialis est, quo timeo Deo malum, quod peccatum causat. Initialis est, quo timeo mihi & Deo malum, quod peccatum causat. Hos metus explicat S. Tho. 2. 2. q. 19. a. 2. in O. his verbis: *Si aliquis convertatur ad Deum & ei inhereat propter timorem pœnæ, erit timor servilis. Si autem propter timorem culpæ, erit timor filialis, nam filiorum est timere offensam patris. Si autem propter utrumque, est timor initialis, qui est medius inter utrumque timorem.* Addit ad 3. *Timor filialis & castus ad idem pertinet, quia per charitatis amorem Deus, pater noster efficitur.... Timor autem servilis ad aliud pertinet, quia charitatem in sui ratione non includit.* Addit ad 4. *Timor servilis & initialis respiciunt pœnam.... principaliter timor servilis, timor autem initialis secundariò.*

§. 3. Metus servilis alius est serviliter servilis, 721.
 sive cum servilitate, alius est servilis sine servilitate. Servilis cum servilitate est, cum quo conjuncta est talis comparatio animi, ut si pœnam non timeret, adhuc peccatum vellet: & de hoc intel-

intel-

intelligitur, quod ex S. *August.* refert S. *Th.* *supra* a. in O. 9. *Timor servilis potest habere amorem voluntatem peccandi.* Servilis sine servilitate est, qui non causat, nec conjunctus est cum tali comparatione animi, sed propter quem nunc simpliciter excluditur voluntas peccandi, uti probabitur à n. 813.

722 Q. 101. *Quæ sit natura & vis contritionis perfectæ & sufficientis ad justificationem sine Sacramento.*
 R. §. 1. Hæc contritio debet procedere ex motivo bonitatis Dei, adeoque esse odium peccati, quia Deo malum est, S. *Th.* p. 3. q. 85. a. 6. & q. 86. a. 3. O. *Arr.* d. 6. f. 3. *Dicast.* d. 2. nu. 112. alique communissimè contra paucos, qui dixerunt hanc contritionem posse procedere ex motivo solius Religionis, justitiæ vel alterius virtutis respicientis Deum, præscindendo ab omni pœna vel præmio, adeoque sufficere detestari peccatum, v. g. quia est contra Dei cultum, contra jus Dei &c. quam sententiam probabilem dicit *Suar.* d. 4. f. 2. n. 13. & ut probabilem defendunt *Aversa* q. 3. f. 6. & *Lugo* d. 5. f. 1. è contra *Arr.* f. 2. dicit non esse intrinsecè probabilem, *Bojco* f. 2. n. 134. vocat vix probabilem, *Vasq.* q. 85. a. 2. n. 45. vocat erroneam. Ratio nostra petitur ex *Trid.* sess. 14. De Pœn. c. 4. nam imprimis dicit per contritionem, si sit charitate perfecta, causari gratiam extra Sacramentum, non autem si sit tantùm attritio. Neque sensus est, uti volunt aliqui cum *J. Pontio* d. 45. n. 9. contritionem tum esse charitate perfectam, si propter illam cum gratia infundatur habitus charitatis, nam contra est, quòd simili sensu attritio cum Sacramento etiam dici posset formalis contritio charitate perfecta, quia propter attritio-

tritionem & Sacramentum etiam infunditur gratia & habitus charitatis, hoc autem est contritionem *Trid.* ibi opponentis contritionem attritioni. Deinde *Trid.* voluit ibi declarare, quid ex parte contritionis requireretur, ut causaret gratiam, & dicit tum causare gratiam, quando est charitate perfecta, ergo loquitur de contritione, quæ sit per charitatem perfecta, antequam causetur gratia, agit enim de dispositione & causa proxima ad gratiam, ad quam gratiam sequitur habitus charitatis, ergo intelligit contritionem charitate actuali perfectam, antequam cum gratia infundatur habitus charitatis, alioquin propositio ejus esset nugatoria, sensus enim esset, si contritio sit charitate perfecta; id est, si causet habitum charitatis, tum causat habitum charitatis, quod est identicum & nugatorium. Præterea *Trid.* ibidem dicit dolorem conceptum ex turpitudine peccati se solum non sufficere ad justificationem, adeoque non esse simpliciter contritionem, sed dolor conceptus ex motivo, v. g. Religionis est conceptus tantum ex turpitudine peccati, ergo talis dolor non justificat. *Prob. min.* dolorem concipi ex turpitudine peccati, est ideo concipi, quia peccatum turpe est, sed peccatum est turpe, quia opponitur honestati Religionis, ergo. Congruentia autem, cur Deus contritionem, quæ sine Sacramento justificamur, voluerit procedere ex motivo bonitatis suæ, sunt hæc, i. quia cum homo peccans fecerit se inimicum Deo per hoc, quod bonitati Dei anteposuerit bonitatem creatam, congruum fuit, si vellet per solum actum suum se reddere amicum, ut iterum bonitatem Dei præponeret omni bonitati creatæ.

crea-

creatæ. 2. Quia offensa Dei est actus pessimus hominis erga Deum, æquum fuit, ut homo reponeret actum optimum erga Deum, hic autem est actus charitatis. 3. Cum præcipua malitia peccati consistat in hoc, quod nos præculerimus Deo secundum finem, cui, omnes autem aliæ virtutes ament pro fine, cui, ipsam hominem, sola charitas emendabat inordinationem, quæ fuit in peccato, respiciendo Deum tanquam finem, cui. 4. Cum Deus reconciliatus det gratiam, quâ vult esse amicus homini, æquum fuit, ut homo ad eam se disponeret per actum amoris amicitiae. 5. Conveniebat Deum ad remissionem peccati plus requirere extra, quàm intra Sacramentum, quia remissio intra Sacramentum est veluti privilegium & principaliter fit propter voluntatem & meritum Christi instituentis, sed intra Sacramentum exigit actum pœnitentiæ inferiorem charitate, ergo conveniens fuit, ut extra Sacramentum exigeret actum charitatis.

723. *Obji.* 1. Scriptura, SS. Patres & Theologi omnes pro justificatione obtinenda urgent pœnitentiam, & pœnitentiæ appromittunt remissionem peccati, ergo credendum est actum saltem specialis pœnitentiæ, qui propriissime venit nomine pœnitentiæ, sufficere ad justificationem. R. n. conf. nam per pœnitentiam sine Sacramento justificantem intelligunt pœnitentiam perfectam, sive quæ sit ex motivo bonitatis Dei, uti docemur à *Trid.*, motivum autem specialis pœnitentiæ non est bonitas Dei, nihilominus ad illam urgemur etiam promissione gratiæ, quia per illam cum Sacramento justificamur.

Obji.
ita dete
set ad re
vellet
contrit
næ hom
nihilati
saria, ha
24. bon
go dolo
fecta, q
n. min.
girur m
latione
honestã
suppon
tricio. D
gat, pu
homo
potius a
honestã
virtute
sibi tan
nisi in c
rest illa
amare
honestã
hilatio
ni à me
dictis.
Collig
ignora
lorem
etam r
tantum
Ton

Obij. 2. Ex vi motivi, v.g. Religionis homo ita detestatur peccatum, ut si sua annihilatio esset ad reparandum Dei cultum necessaria, hanc vellet, sed nihil aliud requiritur ad perfectam contritionem, ergo. *R.* 1. Ex vi metus gehennæ homo ita detestatur peccatum, ut si sua annihilatio esset ad gehennam evadendam necessaria, hanc vellet, secundum illud *Matt. 26. v. 24. bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille, ergo dolor ex metu gehennæ erit contritio perfecta, quod patet esse falsum. R.* 2. datâ maj. n. min. quia hoc non obstante adhuc non attingitur motivum charitatis, vellet enim annihilationem suâ, non propter Deum, sed propter honestatem talis cultus sibi conciliandam, uti supponitur, ergo per hoc non haberetur contritio. *Dixi, datâ maj., quam Gorm n. 267. negat, putat enim universaliter falsum esse, quod homo possit per virtutem moralem eligere potius annihilationem suâ, quam non prosequi honestatem talis virtutis, quia cum homo per virtutem moralem amet ejusmodi honestatem sibi tanquam accidentaliter bonam, non amat nisi in ordine ad se, ergo vitalis actus non potest illam plus amare quam se, ergo nec potest amare annihilationem suâ in ordine ad illam honestatem, alioquin dicere posset, volo annihilationem meâ, ut existat honestas cultus divini à me ponendi, in quo est contradictio. Ex dictis.*

Colliguntur seqq. 1. Homo, qui invincibiliter ignoraret Deum, justificari non posset per dolorem de peccatis, in quantum sunt contra rectam rationem, nam talis dolor imprimis est tantum propter turpitudinem peccati; deinde

est naturalis, cum sit absque fide in Deum. *Suar.*
Aver. q. 3. s. 5. & alii. 2. Contritio non habet
 pro fine Deum ut amicum contrito, hic enim
 esset actus amoris concupiscentiæ, quia vellet
 Deum ut bonum sibi contrito, nec vi illius actus
 amaret Deum super omnia, quia non amaret
 supra se ipsum, neque posset cum illo affectu
 componi actus, quo contritus optaret potius
 non esse, quam deficere Deo bonitatem, non enim
 possum desiderare meam annihilationem,
 ut habeam divinam bonitatem mihi bonam,
 uti per se patet.

726. §. 2. Contritio est simul formalis amor Dei.
Vasq. Arr. Lugo, Aversa d. 3. s. 7. *Maurus* q. 241.
Bosco s. 2. n. 117. *Gorm.* n. 263. *Dicast.* d. 2. n. 122.
Contra Suar. Tann. Amic. d. 4. n. 34. Ratio est 1.
 quia contritio est perfecta per charitatem re-
 ctualem, uti n. 722. ex *Trid.* dictum est. 2. Quia
 velle ab aliquo remove malum propter bo-
 nitatem ipsius actu moventem ad remove-
 dum illud malum, est formaliter illum amare,
 sed contritio vult à Deo remove malum ex-
 trinsecum peccati propter bonitatem Dei actu
 moventem ad peccatum removendum, ergo.
Prob. maj. quia talis actus imprimis pro ob-
 jecto, cui, habet illam personam, à qua vult re-
 move illud malum, deinde habet actu affe-
 ctum voluntatis, qui in illam personam fertur.
 Præterea movetur ipsius bonitate ad hunc af-
 fectum voluntatis, uti supponitur, neque plus
 potest exigi ad essentiam formalis amoris,
 ergo.

Obi. Possum amare medicinam propter
 sanitatem, etiamsi illo actu formaliter non a-
 mem sanitatem ut quod, ergo similiter possum
 odisse

odisse
 actu fo
 Antec.
 conf. S
 & per h
 tem ut
 ratione
 quamv
 forsan o
 amatur
 lum De
 Deus si
 odi pec
 tum, er
 ut quoc
 Inst.
 velle a
 non an
 actum
 actu. n
 possum
 tiam ali
 maliter
 num, r
 movea
 quamv
 nullam
 se esse,
 velim
 malum
 minor
 vel eju
 vel sal
 quæ n
 mover

odisse peccatum ut malum Deo, etiamsi illo actu formaliter non amem Deum ut quod. R. Antec. negari à plerisque, hoc tamen dato n. conf. Si amem medicinam propter sanitatem, & per hoc non amem formaliter ipsam sanitatem ut quod, nihilominus sanitas adhuc habet rationem finis, propter quem amo medicinam, quamvis non sanitas sed ego sim finis, cui, ergo forsitan opus non erit, ut sanitas sit hoc, quod amatur: è contrà quando odi peccatum ut malum Deo, odi peccatum propter Deum, ità ut Deus sit etiam objectum, cui, & propter quem odi peccatum, ergo odi propter Deum amatum, ergo Deus debet necessariò esse objectum ut quod amatum.

Inst. Possum mihi tanquam objecto, cui, velle aliquod bonum, etiamsi me formaliter non amem, alioquin quandocunque exerceo actum virtutis moralis, exercerem formalem actum charitatis erga me, ergo multò magis possum Deo tanquam objecto, cui, velle carentiam alicujus mali, absque eo quòd Deum formaliter amem. R. n. conf. ut mihi velim bonum, non est opus, ut cognoscatur vel ut me moveat mea bonitas, quia natura omnis entis, quamvis pessimi de se est determinata, ut licet nullam in se bonitatem cognoscat, tamen velit se esse, optetque sibi bonum: è contrà ut alteri velim bonum, quia ipsi bonum est, vel nolim malum, quia ipsi malum est, ad hoc non determinatur à natura, sed aliunde movere me debet vel ejus bonitas, quam cognoscam & amem vel saltem aliquod motivum alterius virtutis, quæ me ad hoc determinet, hic autem non movet me motivum alterius virtutis, sed chari-

tatis in Deum, ergo me movet bonitas Dei cogniti & amati.

727. §. 3. Ad contritionem necesse non est, ut præsupponatur formalis amor Dei, qui contritionem imperet, sed satis est eum indivisibilem actum esse amorem Dei & odium peccati, *Adversa supra & alii contra Can. Sot. & Côn. d. 2. n. 49.* Consequenter quando contritio dicitur esse detestatio peccati propter Deum summè dilectum, non est sensus, quòd Deus debeat antecedenter esse dilectus, sed quòd debeat saltem per illam ipsam detestationem diligere, ita ut Deo dilectum non sumatur participaliter sed nominaliter.

728. §. 4. Contritio est amor non tantùm benevolentia, sed etiam amicitia: per hoc autem differt simplex benevolentia ab amicitia, quòd quamvis utraque velit bonum alteri, quia ipsi alteri bonum est, tamen amicitia prærequirit complacentiam in aliqua bonitate amici, non item benevolentia: hinc *Aristoteles* teste *Palav.* n. 92. negat inter scelestos esse amicitiam, quia quamvis sibi mutuò bene velint, tamen hoc non faciunt ex complacentia in aliqua bonitate alterius. Hinc quamvis contritio, quam peccator elicit pro priori ad gratiam, sit amor amicitia erga Deum, tamen amor, quo Deus, antequam intelligatur dare gratiam, amat peccatorem, non est amor amicitia, sed tantùm benevolentia, cum enim contritio sit causa gratia, pro isto priori necdum intelligitur gratia in homine, sola autem gratia est fundamentum amicitia Dei ad nos.

729. §. 5. Contritio hæc debet esse amor appetitivus Dei super omnia, id est, debet adju-

etiam habere talem æstimationem bonitatis Dei ut hanc præferat omni bonitati creatæ, ideoque homo vi contritionis debet paratus esse potius carere omni bono creato, quàm facere aliquid graviter oppositum infinitæ Dei bonitati.

§. 6. Hæc Contritio est odium peccati su- 730.
per omnia appetitativè, id est, contritus vi sui actûs odit peccatum plùs quàm ullum aliud malum, *Aversf. q. 2. f. 10. Dicast. d. 2. dub. 7.* dicens esse Catholicorum omnium, *Côn. d. 2. n. 68.* dicens esse certum. Ratio est 1. quia contritio est amor appetitans Deum super omnia alia bona, & ideo detestans peccatum, quia est summum malum Deo summè dilecto, ergo hæc detestatio proportionata amori erit super omnia, ergo odit peccatum plùs quàm ullum aliud malum. 2. Hæc contritio est actus charitatis Theologicæ, uti constat ex dictis n. 722.; sed omnis actus virtutis Theologicæ appetit suum objectum super omnia, cum enim pro motivo habeat aliquam perfectionem infinitam Dei, inconveniens est & suo modo indecens, ut principium supernaturale influat in huiusmodi actum, nisi adsit debita æstimatio talis perfectionis infinitæ, adeoque comparatio animi ad adhaerendum huic potius motivo, quàm ulli alteri opposito.

§. 7. Homo vi contritionis debet esse sal- 731.
tem virtualiter & implicitè ita comparatus, ut potius vellet bona omnia, famam, vitam amittere; item infamiam, tormenta ac mortem quamcunque subire, quàm contra Deum peccare mortaliter: alioquin nec Deum appetiret super omnia, nec odisset peccatum appetitativè

tativè super omnia. Dixi, saltem virtualiter & implicitè, nam notant omnes non esse opus, imò multis, præsertim fragilioribus, non expedire facere comparationem formalem & explicitam inter peccatum & alia mala, volendo se determinare ad hæc potius eligenda, quàm peccatum, hoc enim sæpè esset se tentare, aut sibi ipsi ponere scandalum vel saltem impedimentum, hinc S. Bonav. in 4. dist. 16. a. 2. q. 1. loquens de hac materia, sic scribit: *Periculum est & stultitia querere hoc ab aliquo infirmo vel etiam à se ipso, quia hoc est ponere hominem in tentatione unde nullus Confessor debet hoc ab aliquo, qui se confitetur, querere, sed si poenitens se offerat & dicat se malle mortuum esse quàm peccasse, vel simile aliquid, gaudendum est, quia signum bonæ voluntatis est. Cur autem non expediat descendere ad ejusmodi comparationes, ratio est, quia cum ista alia mala plerumque à nobis magis sensibiliter cognoscantur & vivaciùs terreant, fieri posset, ut eorum expressa consideratio impediret efficacem detestationem peccati: Hinc S. Th. in Supplem. q. 2. a. 1. ad 4. ait, *Quamvis talis debeat esse contriti dispositio, non tamen de eis tentandum est, quia affectus suos homo non de facili mensurare potest, & quandoque illud, quod minus displicet, videtur magis displicere, quia est propinquius nocimento sensibili, quod magis est nobis notum. Est itaque satis, virtualiter & implicitè hoc facere, quod fit, si voluntas ex vi contritionis ita sit disposita, ut quamdiu perseverabit contritio, avertatur à peccato & jungatur Deo: hinc enim sequitur, quod non esset desertura Deum pro quovis alio bono, sed electura potius subire quodvis malum, si necessarium foret ad evitandum peccatum.**

§. 8. Si contritus per errorem invincibilem 732.
 constitueretur in eo casu, ut judicaret se hic &
 nunc debere eligere, vel peccatum vel infer-
 num, potius eligeret infernum prout contradi-
 stinctum & intentionaliter saltem separatum à
 peccato. Ita Lugo, *Arr. Aversa* supra Bosco s. 2.
 concl. 7. *Haun.* l. 4. à n. 907. alique commu-
 niùs: Et suadetur ex S. *Anselmo* De similitudi-
 nibus c. 190. his verbis: *Si hic peccati pudorem &*
illinc cernerem inferni horrorem, & necessario habe-
rem uni illorum immergi, prius me in infernum
mergerem, quam peccatum in me immitterem, mal-
lem enim purus à peccato & innocens gehennam in-
trare, quam peccati sorde pollutus caelorum regna
tenerem. Ratio est, quia malum culpæ est simplici-
 ter majus quam malum pœnæ etiam æternæ.
 Deinde si non præligeret pœnas æternas, ma-
 gis amaret se quam Deum, quia potius vellet
 cavere malum suum quam Dei, ergo non esset
 contritus. *Dixi*, per errorem, nam ad contritio-
 nem non requiritur, ut quis, etiam virtualiter
 tantum aut implicitè, dicat, malle infernum,
 quam offendere Deum, quia, quamvis contri-
 tio faciat peccatum practicè ineligibile pro
 quocunque casu possibili, tamen non est pos-
 sibilis iste casus, quo aliquis ad vitandas pœnas
 inferni indigeat peccato, aut ut pro moderna
 saltem providentia ad vitandum peccatum in-
 digeat pœnis inferni, quia nec peccatum est
 medium ad vitandas pœnas inferni, nec pœnæ
 inferni de facto ordinatæ sunt à Deo tanquam
 medium ad vitandum peccatum, hinc foret in-
 utile per contritionem vexare se in ejusmodi
 comparationibus, cum prudentis non sit con-
 ditionatè deliberare de quibusvis eventibus

planè per accidens & præter intentionem omnis virtutis occurrentibus: hinc cogitationes ejusmodi, si incidant, excludendæ sunt, saltem velut otiosæ, quod etiam notavit *Gerfon* n. 1909. referendus. Similiter quamvis contritio possit esse ita perfecta, ut aliquis optaret infernum, si facere posset peccatum suum nunquam fuisse, tamen *Lugo*, *Rhod. Gormaz* à n. 310. rectè notant non obligari nos ad talem actum, sed fati esse nunc detestari peccatum, & negativè se habere circa physicam illius præteritionem. Denique licet eadem contritio etiam possit esse ita perfecta in aliquo, ut optaret tolerare quævis tormenta ad impediendum peccatum alienum, tamen rectè notat *Arr.* d. 9. n. 48. etiam ad hoc non obligare charitatem, quia aliàs daretur impiis occasio vexandi homines probos, possent enim velle peccare, nisi hi se miserè affligerent, ergo credibile non est charitatem ad talia obligare. Contra hætenus dicta,

733. *Obj.* 1. Affectus perfectæ amicitiae in Petrum non exigit, ut ejus bona pluris faciam, aut ut ejus mala magis caveam quàm mea, ergo nec affectus contritionis, quamvis sit actus perfectæ amicitiae in Deum. *R.* n. conf. vera amicitia est juxta regulas rectæ rationis, recta autem ratio dicitur quemvis appetiendum esse juxta suam bonitatem, & secundùm hanc illi præponenda aut postponenda alia bona, ergo cum Petrus sit finitæ bonitatis, nec teneatur eum plus amare quàm me, vera amicitia erga Petrum non exigit, ut Petrus appetiatur super omnia bona mea, aut ut ejus bonum præponatur omni bono meo. Deinde certus sum Petrum posse sub interminatione inimicitiae im-

prudens
ergo v
mover
est &
qui ha
pter q
nos ip
micitia
titulis
Obj.
trinsec
super
peccat
conf.
Deo in
intrin
pter in
peccat
adhæ
per om
omni
Inf.
omni
pecca
malu
dum.
plusq
hoc f
Dein
possi
super
mala
Deo
cont
tus p
prudens

prudenter petere à me aliqua sibi non debita , ergo vera amicitia erga Petrum non potest me movere , ut velim Petro , quidquid ipsi bonum est & mihi malum. Omnia opposita sunt in Deo , qui habet absolutè infinitam bonitatem , propter quam debet amari super omnia & super nos ipsos. Deinde Deus pro conservatione amicitiae nihil potest petere , quod non infinitis titulis teneamur præstare.

Obji. 2. Peccatum tollit tantum bona extrinseca Dei , quæ non sunt digna appretiatione super omnia , cum sint tantum finita , ergo nec peccatum erit detestandum super omnia. *R.* n. conf. quia quamvis peccatum non tollat bona Deo intrinseca , tamen opponitur bonitati Deo intrinsecæ , hinc contritus adhærens Deo propter intrinsecam Deo bonitatem sic detestatur peccatum , sicuti adhæret Deo , ergo cum Deo adhæreat , prout meretur bonitas , videlicet super omnia , etiam detestatur peccatum super omnia.

Inst. Malum Deo intrinsecum , v. g. carentia omnipotentiae esset majus malum Deo , quam peccatum , ergo peccatum non est summum malum Dei , ergo nec super omnia detestandum. *R.* Peccatum est detestandum , imprimis plusquam omnia , quæ non sunt mala Deo , & hoc sensu detestamur peccatum super omnia. Deinde peccatum est summum malum Deo possibile , hinc contritio detestatur peccatum super omnia , quia detestatur super omnia mala possible , malum autem intrinsecum Deo non est possibile , ergo non est opus , ut contritio se ad illud extendat. Quod si contritus per errorem judicaret vel peccatum sibi esse

eligendum, vel sine peccato permittendum, ut bonum Deo intrinsecum destrueretur, *Alensius & Suar.* d. 3. s. 10. nu. 9. dicunt potius electurum peccatum, quia malum ipsi Deo intrinsecum est detestabilius quàm malum in homine extrinsecum Deo: E contra *Arr. Lugo* d. 5. n. 28. *Bosco* supra probabilius dicunt, potius permissurum illam omnipotentiae divinae destructionem, quia recta ratio, cui charitas maxime conformis est, dicat, non esse faciendum à me malum morale, ut inde eveniat bonum physicum, ergo licet peccando salvarem Dei omnipotentiam, tamen contravenirem sapientiae & rectae rationi aeternae; E contra habendo me permissivè circa illam destructionem physicam divinae omnipotentiae nulli perfectioni divinae me difformo, ergo quamvis haec destructio divinae omnipotentiae foret detestabilior in ratione entis physici, tamen peccatum foret detestabilius in ratione entis moralis, ergo cum contritio, prout est detestatio, respiciat malum morale, peccatum respectu contriti foret minus eligibile.

736. *Obji.* 3. Si velim Deo bona intrinseca, amo Deum amore amicitiae, & non ideo volo Deo omne bonum extrinsecum, ergo cum actu amoris amicitiae erga Deum stat actus, quo nolum Deo ullum bonum extrinsecum, ergo cum actu amoris amicitiae stat peccatum. R. Si velim Deo bona intrinseca, & nolum extrinseca hic & nunc illi debita, amo Deum amore amicitiae, n. Si velim intrinseca & simul extrinseca, quae illi velle debeo, c. ant. & n. utramque sequi ut enim exerceam actum verae amicitiae erga Deum, debeo velle implere omnes leges verae amicitiae.

amicitiæ, inter quas est cavere mala extrinseca Dei, quæ ipse hic & nunc vult à me caveri, aut procurari bona extrinseca, quæ vult procurari.

§. 10. Hæc contritio debet se extendere ad **737.** omnia mortalia, quia unum mortale non remittitur sine altero, & nullum remittitur, nisi antecedit illius detestatio. Putârunt autem *Sily.* & alii apud *Vasq.* q. 86. a. 2. dub. 7. & *Dianam* p. 3. t. 4. R. 118. debere se extendere ad omnia, non in confuso tantùm & virtualiter, sed ad omnia formaliter, ita ut contritus teneatur singula detestari per singulos actus, aut saltem uno actu omnia distinctè cognita, sicuti voluerunt *Sot. Can. Med.* apud eundem *Vasq.*, sed oppositum tenendum est cum *S. Tho.* De veritate q. 28. a. 5. ad 4. his verbis: *Omnia peccata conveniunt in aversione à Deo, ratione cujus gratiam impediunt, unde ad justificationem non requiritur, quòd in ipse justificationis momento aliquis de peccatis singulis cogitet, sed sufficit, quòd cogitet de hoc, quòd per culpam suam est aversus à Deo: recogitatio autem singulorum peccatorum debet vel præcedere vel saltem sequi justificationem: intellige, in ordine ad confessionem sacramentalè. Ratio est, quia imprimis moraliter impossibile est peccatori innumeris peccatis onusto tot contritiones elicere, quot peccata, sed per unicum sufficienter corrigit omnes aversiones à Deo, sicuti si millenos actus amoris erga Deum elicuisset, omnes revocat per unicum actum odii Dei. Deinde nec opus est antecedenter omnia recogitare, nam legimus *Lucæ* 18. 19. 23. *Publicanum, Zachæum & latronem* in cruce; item legimus in historiis plurimos peccatores subito motos à Deo prorupisse in detestationem peccatorum & justificados esse: quam-*

vis

vis enim peccata confusè tantùm cognoscantur, satis apprehenditur malitia opposita infinitæ bonitati Dei, uti probat experientia, sæpè enim elicimus contritionem, priusquam peccata distinctè recogitaverimus: unde nec ad contritionem requiritur, ut quasi dicam, detestor omnia peccata, vel doleo de omnibus meis peccatis, sed satis est, si v. g. de solo furto distinctè cognito doleam ex motivo bonitatis Dei, quamvis meus actus expressè non tendat in alia quorum etiam reus sum, nam si alia propter oblivionem non occurrant, res est per se manifesta, inquit *Suar. d. 3. f. 6. n. 15.*, eadem autem est ratio, quamvis non occurrant propter omissionem recogitationem, ad quam non teneor nisi volens confiteri, cum enim contritio illa sit actus charitatis & amicitiae & ratione motivi universalis pugnet cum omni mortali, hoc ipso virtualiter se extendit ad omnia & singula mortalia, causatque gratiam remissivam omnium.

Obji. Catechismus Roman. De Pœn. c. 6. ait: maxime hortandi & monendi sunt fideles, ut ad singula mortalia crimina proprium contritionis dolorem adhibere studeant, ita enim Ezechias contritionem describit, recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. R. Non dicit hoc esse præceptum aut necessitatis ad justificationem, sed tantùm consilii & dispositionis pro Sacramento, de quo ibi agit. Patetque hunc esse sensum, nam subdit, Deum, quamprimum quis conteritur, remittere universa, qua, inquit, deinde alio tempore, si facultas erit, singula in memoriam reducere ac detestari in animo habeat: quando nempe confitendum erit.

738.

§. II. Non est opus, ut hæc contritio se extendat ad venialia, quia per hoc habetur contritio,

tritio, quòd ex motivo bonitatis Dei offensi concipiatur detestatio & dolor de illis peccatis, quæ cum Dei amicitia pugnant, sed cum Dei amicitia pugnant sola mortalia non autem venialia, ergo.

Obji. Summa Dei bonitas est motivum uni- 739.
versale, ergo debet se semper extendere ad omnia etiam venialia. *R.* Est motivum universale, semper universaliter movens, n, quandoque magis quandoque minùs universaliter movens, c. ant. & n. conf. Quòd autem non semper æquè universaliter moveat, oritur a voluntate, quæ ex modo & efficacia detestandi vel restringit vel extendit suum actum; sicuti enim intellectus potest eidem objecto ex eodem motivo diversimodè adhærere, nempe firmiter, firmiùs, firmissimè propter diversam suâ applicationem aut inclinationem voluntatis eum simul extrinsecè determinantis, ita multò magis voluntas libera poterit per contritionem diversimodè detestari hoc, quod displicet Deo ob eandem bonitatem Dei. 1. detestando, quidquid solvit amicitiam cum Deo, & hæc contritio est infima, seque extendit ad sola mortalia. 2. Detestando, quidquid magis deliberatè fit contra Deum, & hæc contritio est perfectior, seque extendit ad omnia mortalia & venialia deliberata. 3. Detestando, quidquid ullo modo displicet Deo, & hæc contritio est perfectissima, seque extendit ad omne peccatum etiam ad veniale minùs deliberatum, in praxi autem qui ad tertium gradum non contendit, vix attingit secundum, & qui non quærit secundum, vix perveniet ad primum.

Inst. 1. Bonitas Dei est dignissima & meretur 740.
talem

talem appretiationem, vi cuius excludatur affectus etiam ad quævis venialia, ergo illam dignè non appretiat, uti meretur, qui contritionem non extendit etiam ad venialia. R. n. 629. nam quamvis non appretiet, quantum meretur, tamen simpliciter dignè appretiat, uti meretur, qui potius vult amittere omnia bona & subire omnia mala, quàm illam simpliciter deserere, sive, quàm solvere amicitiam cum Deo: digniùs appretiat, qui ista vult, ne deliberatè etiam leviter offendat: dignissimè appretiat, qui ista vult, ne ullo modo displiceat. Absolutè dignissimè appretiare, qui ista vellet, ut fiat, quidquid Deo maximè placet.

741. *Inst. 2.* Si non excludatur affectus ad venialia, ergo bonitas Dei non appretiat summe & super omnia, ergo contritio talis non erit actus virtutis Theologicæ, secundùm dicta n. 730. R. n. seq. tum enim bonitas Dei appretiat summe & super omnia, prout hìc intelligimus, quando præfertur omni motivo simpliciter opposito bonitati Dei, & exclusivo ejus amicitia: similiter contritio tum est appretians bonitatem Dei summe super omnia, quando cum contritione ex motivo bonitatis Dei concepta non potest stare actus, quo simpliciter deseratur Deus vel Dei amicitia, quod semper est, quando voluntas bonitate Dei mota est parata potius perdere omnia bona alia & subire omnia mala, quàm peccare mortaliter.

742. §. 12. Contritio est odium aliquo modo inæquale respectu diversorum peccatorum, nam est odium peccati, quia hoc malū est Deo summe bono, ergo sic fertur in peccata, ut sit virtualiter & interpretativè majus odium illius peccati,

peccati, quòd magis pugnat cum Dei bonitate, ergo contritus vi sui actus est ita dispositus, ut si eligendum esset majus vel minus peccatum, potius eligeret minus, & hoc est contritionem esse inæquale odium respectu diversorum peccatorum: Hinc.

1. Vi contritionis magis detestor actuale 743.
mortale proprium quàm veniale proprium, item mortale alienum quàm veniale alienum, item mortale gravius quàm minus grave, item cæteris paribus magis detestor plura peccata, quàm pauciora.

2. His non obstantibus vi contritionis practi- 744.
cè magis detestor veniale proprium quàm mortale alienum, ita ut non debeam velle committere aut commisisse peccatum levissimum, ut vitetur vel ut vitatum fuerit gravissimum alienum, *Dicast. d. 2. n. 201. & ex S. August. Bosco. l. 2. concl. 13.* quia cum vi contritionis movear beneplacito Dei, hoc vi contritionis practice magis detestor, quod respectu mei est magis dissonum à recta ratione & à voluntate Dei, sed me peccare venialiter est respectu mei magis dissonum à recta ratione & à voluntate Dei, quàm alterum peccare mortaliter, quia recta ratio dicitur non esse à me faciendum malum, ut eveniat bonum, alioqui malum fieret bonum, & difforme rectæ rationi fieret illi conforme; similiter voluntas Dei est, ut nunquam peccem nequidem venialiter, alioquin meum veniale fieret conforme voluntati Dei, quæ ex terminis implicat, ergo me peccare venialiter est respectu mei magis dissonum à recta ratione & à voluntate Dei, quàm alterum peccare mortaliter, ergo cum mea contritio sit maximè secundum

dum rationem & voluntatem Dei, vi illius detestor meum veniale plùs quàm alienù mortale. *Conf.* nam omne peccatum dat Deo rationabilem causam displicentiæ, ergo ex charitate erga Deum eligere non possum peccatum meum tanquam medium ad cavendum peccatum alterius, quamvis enim hic finis cavendi peccati alterius sit bonus, tamen Deus non vult eum quæri, nisi per medium licitum, sicuti quamvis laus Dei placeat Deo, non tamen placet quæri per medium illicitum, alioquin possem occidere omnes pueros baptizatos, ut statim in celo laudarent Deum. *Nec obstat*, quòd alienum mortale sit in se majus malum Deo, contritio autem sit detestatio peccati, quia Deo malum est, & non quia malum est peccanti, nam ex hoc tantùm sequitur, quòd spectando præcisè motivum, & præscindendo à quo peccatum fiat, debeam odio quodam speculativo magis odisse peccatum mortale alienum quàm veniale proprium; de cætero in ordine ad electionem vel detestationem practicam, quâ volo peccatum non eligi vel excludi, contritio mea magis opponitur meo veniali quàm alieno mortali, quia charitas erga Deum, à qua elicitur illa mea contritio, est maximè conformis rectæ rationi & charitati erga seipsum, ergo cum recta ratio & charitas erga me dicter, quòd in spiritualibus teneam me plùs diligere quàm proximum, charitas erga Deum postulat, ut potius caveam meum quàm proximi peccatum. *Conf.* iterum, nam me peccare venialiter, est à me leve malum Deo, è contrà alterum peccare mortaliter non est à me malum Deo, quia permissio mea non est mala, cum Deus ipse etiam permittat, ergo.

3. Vi contritionis magis detestor meum veniale actuale quàm originale, quod in Adamo contraxi: item efficaciter & practicè magis detestor meum veniale actuale, quàm meum mortale habituale: hinc rectè inferunt *Lugo* d. 5. n. 60. & *Bosco* n. 419. contra *Arr.* d. 9. n. 36. si putarem, vel me moriturum esse in mortali habituali, vel per actuale mendacium accersiri debere Confessarium, à quo absolverer, me potius debere permittere, ut morerer in mortali habituali quàm mentiri, quia meum mendacium esset actualis deordinatio Deo displicens & maneret de se medium illicitum pro obtinenda justificatione, illudque mendacium esset magis propriè meum mihi que magis nunc voluntarium, quàm habituale ut tale, ista enim permanentia non esset mihi ad novum peccatum imputabilis.

745.

Obi. Hoc à me est magis detestandum, quod in me est Deo odibilis, sed originale & mortale habituale in me est Deo odibilis quàm actuale veniale, quia propter illa Deus me odit odio inimicitiae, veniale autem non tollit Dei amicitiam, ergo. *R.* Hoc à me est magis detestandum, quod in me est Deo odibilis. si hoc propriè à me fiat, c. si à me propriè non fiat, sed potius tantùm permittatur, n. originale autem & habituale mortale, quamvis in me existens sit Deo odibilis quàm veniale actuale, tamen nunc propriè non fit à me, sed potius permittitur; major autem detestatio debet hoc respicere, quod nunc magis à me fit malum, mihi que est magis voluntarium.

746.

§. 13. Contritio si sit charitate perfecta, iustificat, quamprimum existit, uti habent *S. Tho.*

747.

p. 3. q. 89. a. 2. O. & Catech. Rom. De pœn. c. 6. n. 3. , nam omnis actus charitatis causat justificationem, uti probabitur à n. 774. & videtur absolute declarari à *Trid. sess. 14. De pœn. c. 4. Ideo* que etiam damnatae sunt sequentes prop. *Bajum*: 31. *Charitas perfecta & sincera, quæ est ex corde puro & conscientia bonâ & fide non fictâ, tantum in catechumenis quàm in pœnitentibus potest esse sine remissione peccatorum.* 32. *Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.* 33. *Catechumenus justè, pœnitentè & sanctè vivit & mandata Dei observat ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quæ in Baptismi lavacro demum percipitur.* 71. *Per contritionem etiam cum charitate perfecta & cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam non remittitur crimen extra casum necessitatis ad martyrii sine actuali susceptione Sacramenti.* Dixerunt quidem aliqui propositiones illas damnatas, quia videntur loqui de charitate habituali, sed contra est, nam *Bajum* intellexisse charitatem actualem, rectè ostendit *Arr. d. 12. à n. 13. ubi* manifestè colligitur ex his vocibus, *charitas perfecta, quæ est ex corde puro, fide non fictâ: charitas quæ est plenitudo seu adimpletio legis, mandata observat, ac legem implet per charitatem &c.*, quæ non conveniunt charitati habituali, sed soli actuali, cui soli etiam conveniunt verba Apostoli ad *Rom. 13. v. 10. Plenitudo legis est dilectio*, quæ verba inde sumpsit *Bajus*.

748. *Obji. 1. Si contritio, quamprimum existit, justificat, ergo frustra sunt Sacramenta Baptismi & Pœnitentiæ.* R. n. seq. nam talis contritio includit votum Baptismi vel Pœnitentiæ, ergo votum hoc debet impleri. Deinde dantur specia-

speciali
in ordin
Sacram
tus alio
fiteri; P
qui hic
Sacram
fication
menta r
Inst. S
tes hab
tamen C
quia pot
afferunt
retinere
quam co
retur pa
Obji.
priusqu
verbis:
peccata
docet S.
erant di
Christus
tibi pecca
non eo
rentur,
haberet
v. 29. an
nis, & p
à plaga
didisti.
Inst.
men An
zare, &
3. vir rel

specialia præcepta de illis Sacramentis, saltem in ordine ad augendam gratiam, hinc si quis per Sacramentum Pœnitentiæ justificatus, sit oblitus aliquod mortale, tenetur adhuc postea confiteri; Præterea Sacramenta sunt saltem pro illis, qui hic & nunc conteri non possunt. Denique Sacramenta cum attritione sunt medium justificationis facilius quàm contritio, ergo Sacramenta non sunt frustra.

Inst. Saltem non erit verum, quòd Sacerdotes habeant potestatem retinendi peccata, quod tamen Christus dicit *Joan. 20. v. 23. R. n. aff.* quia possunt retinere ea, quæ ad Sacramentum afferuntur cum sola attritione. Deinde possunt retinere, quia possunt negare absolutionem, per quam conferretur gratia remissiva, & remitteretur pars pœnæ.

Obji. 2. Magdalena *Luca 7.* fuerat contrita, 749. priusquam Christus illi remitteret peccata his verbis: *remittuntur ei peccata multa. R.* Quamvis peccata iterum fuerint dimissa per illa verba, uti docet *S. Th. p. 3. q. 64. a. 3.*, tamen etiam antè erant dimissa, uti & ante ista verba, quæ postea Christus ad illam conversus dixit, *remittuntur tibi peccata.* Sensus itaque utrorumque est, quòd non eo præcisè physico instanti primò remitterentur, sed eo moraliter tempore remissionem haberet, quia dilexisset, sic Christus *Marci 5. v. 29.* antea sanaverat mulierem à fluxu sanguinis, & postea conversus ad eam dixit, *esto sana à plaga tua*, id est, es & manes sana, quia ita credidisti.

Inst. 1. Paulus antè fuerat contritus, & tamen Ananias *Act. 22. v. 16.* ait: *Exurge, baptizare, & ablue peccata tua.* Deinde Centurio *Act. 3. vir religiosus ac timens Deum, faciens eleemosynas*

*multas plebi & deprecans Deum semper, utique habu-
 rat contritionem, neque tamen erat justifi-
 catus, nam Petrus ad eum vocatus est, ut edoce-
 re remissionem peccatorum accipere. & ad I. An-
 nianæ non constabat de contritione Pauli, &
 quamvis constiisset, tamen manebat præcep-
 tum Baptismi, quo conferretur nova gratia
 ablutiva peccatorum, & remitterentur etiam
 quoad pœnam. Ad 2. Si Centurio habuisset
 contritionem erat justificatus, attamen edoceri
 debebat de præcepto Baptismi, quo iterum
 certius accepturus erat gratiam remissionis
 peccatorum etiam quoad pœnam. Et eodem
 modo intelligi debet S. August. 8. confess. c. 4.
 dicens: *Ea fides, licet per talem tantamque utilitate
 nem operans, me securum non faciebat de præteritis
 peccatis. quæ mihi per Baptismum tuum nondum rem-
 missa erant.* Plura loca scripturæ videri possunt
 explicata apud Bellarm. De pœn. l. 2. c. 14.*

*Inst. 2. Si contritio statim justificaret, con-
 tritus posset sine confessione accedere ad Euan-
 gelium. & n. aff. quia licet quis certo sciret
 se esse in gratia, tamen in Trid. sess. 13. c. 7. &
 can. 11. est speciale præceptum præmittendæ
 confessionem mortalium nunquam in confes-
 sione expositorum: quia tamen Trid. dicit Sa-
 cerdotem non habentem copiam Confessionis
 posse celebrare sine confessione, & Clemens VIII.
 in Pontificali Romano dicit ante reliqua Sacra-
 menta sufficere contritionem, ex his certum est
 per contritionem causari gratiam.*

752. §. 14. Hæc Contritio delet omne mortale
 quoad culpam, quia unum non potest remitti
 sine altero, cum de facto remissio fiat per gra-
 tiam, quæ pugnat cum singulis mortalibus, ut
 jam dicitur.

§. 15
 tali de ta
 Th. p. 3.
 munissim
 sam q. 3.
 sm & qu
 qui fater
 dicunt a
 remitti,
 bis appli
 situm de
 æternam
 est hæc
 cato mor
 test hab
 perfecta
 tionis. R
 per gra
 filium D
 illud ad
 Idem qu
 tem est
 ternam.
 plicent
 superna
 turale d
 promiss
 suas ran
 §. 16
 titur o
 Trid. se
 justifica
 ra culpa
 xerit,
 &c., an
 §. 15

§. 15. Remissâ per contritionem culpâ mortali de facto semper remittitur pœna æterna, S. Th. p. 3. q. 86. a. 4. *Suar.* d. 10. f. 3. aliique communissimè, partim contra antiquos apud *Aversam* q. 3. f. 10. partim contra *Estium, Castorien-* & quosdam *Lovanenses* apud *Gorm.* n. 354. qui fatentur aversionem à Deo statim remitti, dicunt autem reatum pœnæ æternæ tum prius remitti, quando per aliquod Sacramentum nobis applicantur satisfactiones Christi; sed oppositum docet *Trid.* sess. 6. c. 14. declarans pœnam æternam unâ cum culpa remitti, hinc damnata est hæc 70. prop. *Bajana*: *Homo existens in peccato mortali sive in reatu æternæ damnationis potest habere veram charitatem, & charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis.* Ratio est, quia culpa non remittitur nisi per gratiam, ubi autem est gratia, est adoptio in filium Dei, ergo jus ad hæreditatem, secundum illud ad *Rom.* 8. v. 17. *Si autem filii & hæredes*: Idemque habet *Trid.* sess. 6. c. 7. hæreditas autem est æterna beatitudo excludens pœnam æternam. Nec opus est Sacramento, ut nobis applicentur satisfactiones Christi, sed sufficit actus supernaturalis elicitus per auxilium supernaturale datum ex meritis Christi, cui Deus ap-
promisit, & Christus applicavit satisfactiones suas tanquam merito saltem congruo.

§. 16. Per contritionem non semper remittitur tota pœna temporalis, ut fides docet ex *Trid.* sess. 6. c. 14. & can. 30. *Si quis post acceptam justificationis gratiam cuilibet peccatori pœnienti in culpa remitti & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis &c., anathema sit.* Idem repetit sess. 14. De pœn. c. 8.

& can. 12. Hanc veritatem docet etiam Scriptura, nam *Num. 20.* & *Deuter. 34.* Moyſes & Aaron poſt remiſſum peccatum incredulitatis mortui ſunt in pœnam. *Num. 14.* remiſſum eſt populo peccatum murmuratiſſionis, attamen manſit pœna mortis. *2. Reg. 12.* remiſſum eſt Davidi adulterium & homicidium, ſed in pœnam mortuus eſt infans ex adulterio natus. Putat tamen *Suar. d. 10. f. 3. n. 18.* & *Lugo d. 8. n. 64.* cum culpa ſemper remitti aliquid pœnæ etiam temporalis: ſed manet incertum, quàm diuturna pœna temporalis, per ſe loquendo, maneat ſolvenda poſt remiſſum quodvis mortale, putatque *Hautinus* in *Patroc. Defunct. a. n. 370.* Deum eſſe benignum, ſi cuilibet mortali remiſſo non relinquat plùs quàm ſexcenta milia annorum in pœnam, quia major pœna debetur unico mortali quàm omnibus venialibus ſimul ſumptis: creditur tamen per infinitam Dei benignitatem nunc breve tempus assignari, v. g. 7. annos.

755. *Obji. 1.* Per Baptiſmum remittitur omnis pœna, ergo etiam per pœnitentiam. *R. n. conſiderationem dat Trid. ſuprà,* quia ante Baptiſmum potiùs per ignorantiam peccavimus, & tanquam debiles, nec adjuti tantis donis Dei: poſt Baptiſmum autem violavimus templum jam conſecratum Spiritui S., fuimusque ingratè ingratè. Deinde oportuit pœnam relinquere, ut à relapſu deterreremur, ut ponendo ſatisfactiones recuperatemus etiam bonos habitus naturales operandi, ut ſic bene operantes comparemur Chriſto, & quod deest ejus paſſionibus adimpleremus in nobis.

756. *Inſt.* Per hoc fit injuria ſatisfactionibus &

meritis
ſufficienter
Hoc dicitur
6. can.
defectum
ſit, ſed in
qui nolu
gratiæ C
tur omni
ſemper

Obji.

culpa eſt
tollitur
ſuo temp
ut mora
Pater ut

tamen fi

Obji.

mutari i
tempora

q. 39. n. 2

cunt pœ

ralem, ſe

retur av

tem, qua

non rem

pa eſt m

etiam ex

mnis cu
poſteſt à
Lugo d.
raliter r
illius, u
poſſit m
à nu. 1

mei-

meritis Christi, est enim, atque si non fuerint
sufficientes ad delendam omnem pœnam. R.
Hoc dicere est hæreticum, uti definit *Trid.* sess.
6. can. 33. Ratio est, quia hoc non refunditur in
defectum meritorum vel satisfactionum Chri-
sti, sed in liberam Dei ac Christi voluntatem,
qui noluit aliter applicari nobis; unde sicuti
gratiæ Christi non derogat, quòd non salven-
tur omnes homines, ita nec quòd per eam non
semper remittatur omnis pœna.

Obji. 2. Sublatâ causâ tollitur effectus, sed
culpa est causa omnis pœnæ, ergo sublatâ culpâ
tollitur omnis pœna. R. Sed culpa ut physicè
suo tempore existens, est causa pœnæ, c, culpa
ut moraliter perseverans in ratione culpæ, n, sic
Pater ut physicè existens erat causa filii, manet
tamen filius patre desinente.

Obji. 3. Culpa mortalis non potest à Deo 757.
mutari in venialem, ergo nec pœna æterna in
temporalem. R. 1. *S. Th. Caj. Sot. Maurus* l. 5.
q. 39. n. 24. aliique apud *Suar.* d. 10. s. 3. n. 10. di-
cunt pœnam æternam non mutari in tempo-
ralem, sed totam pœnam æternam, quam me-
retur aversio à Deo, remitti; temporalem au-
tem, quam meretur conversio ad creaturam,
non remitti. R. 2. n. conseq., quia omnis cul-
pa est moraliter mala, ergo Deus non potest
etiam ex majori facere minorem: Deinde o-
mnis culpa est actus peccantis, ergo nulla culpa
potest à Deo causari, quod pluribus demonstrat
Lugo d. 8. à n. 72. E contra pœna non est mo-
raliter mala, sed Deus & quivis Judex est causa
illius, unde non est ratio, cur majorem non
possit mutare in minorem. Vide *Suar.* supra
à nu. 14.

758. Q. 102. *An dari possit aliqua contritio, quæ non justificet.* Ratio dubitandi est, quia *Averſa* q. 3 f. 8. *Côn. d. 4. n. 37. Lugo d. 5. n. 79. & 82. Arr. d. 8. n. 5. Palav. n. 148. Maurus q. 243. n. 11. Boffo f. 2. n. 180. Le Dent De attritione n. 290. Gormaz n. 278.* probabiliter dicunt posse dari amorem Dei, ex motivo absolutæ bonitatis Dei, qui non excludat omnem voluntatem mortaliter peccandi, nec appetiet bonitatem Dei super omnia, ideoque non sit actus charitatis Theologicæ, sicuti enim possum ex motivo bonitatis Dei velle dare eleëmofynam, non tamen velle fieri Religiosus; item velle vitare omnia mortalia, non tamen omnia venialia, ita possum velle vitare gravissima mortalia, non tamen minùs gravia: ad eum planè modum, quo possem ex amore hominis velle illi dare unum ducatum, non tamen mille; item velle non occidere eum, attamen velle ei inferre grave damnum. Et similiter possum gaudere de bono Dei in se, desiderare ut ab omnibus honoretur, quia dignus est; orare, quia hoc ipsi placet, neque tamen ideo hi actus excludunt voluntatem peccandi, v. g. per luxuriam. Addit rectè *Averſa* dari posse amorem in futurum placendi Deo super omnia, qui tamen non justificet, eò quòd nequidem virtualiter retractet peccata præterita, nec absolutè appetiet Deum super omnia, sicuti potest aliquis alteri homini pro futuro optimè velle in omnibus, & tamen gaudere quoad præterita, quòd vindictam sumpsit de illo. Unde ratio horum a priori est, quia quamvis bonitas Dei sit motivum de se universale & etiam dignissimum, ut universaliter moveat, tamen secundùm dicta n. 739. potest voluntas nostra

nostra moveri nolle universaliter, sed restrictè,
 & pro libertate sua adhærere uni objecto ma-
 lo, quamvis ex motivo talis bonitatis Dei rece-
 dat ab alio objecto malo. Hinc R. 1. Si quis ex 759.
 motivo bonitatis Dei deestaretur gravissima
 tantùm mortalia, non autem minùs gravia, talis
 actus non justificaret, uti per se patet. An autem
 simpliciter dici deberet contritio, non potest
 esse quæstio nisi de nomine, & saltem in talem
 actum non influeret habitus charitatis, cùm
 non appetiet Deum super omnia. R. 2. Si quis 760.
 doleret de perjurio, in quantum est Deo ut sum-
 mè veraci malum, aut de alio peccato, in quan-
 tum Deo malum est secundùm specialem per-
 fectionem, cui directè opponitur, videtur pro-
 babilius, quòd etiam talis actus non justificaret,
 quamvis supponeremus, quòd sic dolens non
 haberet nisi illud peccatum, quia talis actus non
 est aversio ab omni peccato tanquam malo
 Deo, nec est conversio ad Deum ut summè bo-
 num, ideoque omnes communiter cum *Amico*
d. 3. n. 63. nolunt talem actum vocari absolutè
 contritionem sed attritionem, eò quòd attingat
 specialem turpitudinem hujus tantùm peccati
 ut oppositi huic divinæ perfectioni, & conse-
 quenter secundùm dicta n. 730. in talem actum
 non influet habitus charitatis, quia non appre-
 tiat absolutam Dei bonitatem super omnia.
 Unde quando dixi vel dicam per contritionem
 aut per amorem Dei super omnia causari ju-
 stificationem, intelligitur contritio & amor
 absolutè efficax, qui sint saltem virtualis dete-
 statio omnis peccati mortalis tanquam mali
 Deo ex motivo absolutæ bonitatis Dei.

Q. 103. An ad contritionem, quæ justificet sine 761.

Sacramento, requiratur aliqua certa intensio vel extensio seu duratio quoad tempus. *R. S. 1. Adrianus* ad perfectam contritionem requisivit intensiorem summam; sed *Suar. d. 4. l. 4. Cōn. d. 6. n. 62. Amic. d. 4. n. 164.* rectè dicunt sententiam illam non esse probabilem; nam non debet esse summa absolutè, quia hæc implicat, & sapè dantur contritiones sufficientes, quibus dari posset alia intensior. Nec debet esse summa respectivè ad præsens Dei auxilium, alioquin qui hodie cum auxilio ut tria elicit contritionem ut tria & justificatur, si cras cum auxilio ut sex eliceret contritionem ut quinque, non justificaretur, quod est absurdum, neque enim tenemur semper respondere toti intensiori gratiæ.

762. *S. 6. Durand. Rich. Palud. Sot.* requirunt intensiorem, quæ superet alios actus in voluntate concomitantes: idem sensisse putatur *S. Bonnav.*, quamvis eum ab ea sententia vindicare velit *Bosco l. 2. à n. 237.* sed cujuscunque sit, eam æquè improbabilem esse dicunt *Suar. supra, Cōn. n. 63. Amic. n. 166.* Ratio est, quia pater dolens de filio mortuo per actum intensum ut sex potest conteri de peccatis & justificari, per actum intensum ut quinque, quo appetit peccatum & Deum super omnia, si enim alius homo vel ipse nunc haberet hunc actum solum, justificaretur, uti omnes fatentur, ergo etiam justificatur, quamvis adsit alter dolor intensior de morte filii, qui de se maius non est, uti suppono, & per accidens se habet.

763. *S. 3. Aureol. Bassolus & alii apud Amic. n. 161.* requirunt certam intensiorem sed nobis ignotam, vel secundum quantitatem peccatorum, quæ sententia communiter etiam attribuitur

buitur *Scoto*, quamvis *Bosco* à n. 239. conetur excusare. Eam autem acerrimè defendit *Hiquæus* in *Comment. ad Scot. in 4. dist. 14. q. 2. à n. 97.* sed *Amic.* dicit se pro hac sententia etiam non invenire probabile fundamentum, malè enim dicitur nos obligari ad certam intensi-
nem, & tamen nescire, nequidem probabiliter, quænam illa sit, nam ita exponimur periculo, ut vel minùs agamus, quam tenemur, vel nos immoderatè divexemus in intendendo actu. Deinde contritio, quæ sufficit ad delendù mor-
tale minus, sufficit ad delendum majus, uti ex-
pressè *S. Th.* in *supplem. q. 5. a. 3. ad 2.*, & quæ sufficit ad delendum unum, sufficit ad delenda omnia, quia contritio tollit unumquodque peccatum causando gratiam, quæ etiam in quocunque remississimo gradu excludit peccata omnia.

§. 4. *Estius, Lupus, Farvacques & alii Lovanienses* apud *Platel. p. 5. n. 550.* item *Illustriss. Le Drou Episc. Prophyriensis De contrit. & attrit. Diff. 4. c. 3. §. 3.* etiam requirunt certam intensi-
onem, in quantum contritionem ab attritione distinguunt per hoc, quòd contritio sit magis, attritio autem minùs intensa: sed hæc sententia videtur æquè improbabilis ac cæteræ, nam attritio de se non respicit bonitatem Dei pro motivo, uti à n. 784. dicitur, neque ullum fundamentum est dicendi non posse dari attritionem, v. g. ex spe beatitudinis æternæ, quæ sit intensior contritione sufficiente ad justificationem. Atque ex dictis sequitur contra quosdam Juniores, ut contritio justificet, non requiri, ut intensi-
one superet affectus actualis & habituales cordis, alioquin qui actu inten-
sissimo

fissimo & honesto doluit de infausta morte Patris sui, debet dolere de peccatis actu adhuc intensiore, qui ipsi sæpe, & præferum in articulo mortis debili vel turbato erit moraliter impossibilis, adeoque talis homo iustificari non poterit nec salvari: hoc autem dicere, est dare occasionem desperandi, ergo.

765. §. 5. Scotus videtur dicere, quòd ad contritionem requiratur certa duratio temporis à Deo taxati, Scotum tamen conatur explicare *Bosco* à n. 372., sed illum ita sentire fateretur *Hiquæus*: quam opinionem *Almainus* cenlet probabilem & ex parte sequitur *Caj.* apud *Di. dist. d. 2. dub. 9.*, absolute autem eam defendit *Hiquæus* à n. 110. sed *Suar.* f. 5. n. 3. merito dicit carere fundamento & probabilitate, nam *Ezech.* 33. v. 12. dicitur, *Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua.* Ratio autem est, tum quia contritio, quamprimum existit, causat iustificationem, secundum dicta n. 747. tum etiam quia contritio, quæ continuatur, habet in singulis instantibus perfectionem contritionis essentiali & specificam, ergo talis contritio etiam prout respondens primo instanti æquè iustifica, ac respondens sequentibus instantibus: Hinc,

766. §. 6. Rectè docent *Aversa* q. 2. f. 10. & alii, certum esse, quòd ad contritionem, ut iustificet, non requiratur certa intentio aut extensio, nam Scriptura, cuius textus referam n. 774. appromittit gratiam verè poenitenti & Deum amantem, nullâ prorsus factâ mentione intensiois aut durationis: similiter SS. PP., quos ibidem referam, & *Trit.* sess. 14. c. 4. dicit peccatorem iustificari extra Sacramentum per contritionem, ad

ad quam tantum requirit, ut sit charitate perfecta: & specialiter quod attinet ad intensiorem, ita expresse docet synodus *Agathensis* apud *Gormaz* p. 1. n. 445. his verbis: *Sat est ad veram contritionem detestatio super omnia, licet dolor non sit ita intensus ut alicujus mali temporalis.* Similiter *S. Th.* in supplem. q. 5. a. 3. *Seu contra, qualibet contritio est gratia gratum faciente informata, ergo quantumcumque sit parva, delet omnem culpam.* Et in fine *O.* sic addit, *Sic ergo dicendum quod quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.* De duratione idem docet 1. 2. q. 113. a. 7. *O.* ubi ait motum liberi arbitrii, per quem causatur justificatio, posse esse instantaneum Clarissime utrumque dicit *S. Chrysostr.* relatus cap. *Talis.* De poen. dist. 3. his verbis: *Quantulumcumque tamen & quamlibet brevi tempore gestam non respuit poenitentiam.* Ratio a priori est, quia contritio est appetitio peccati super omnia mala, & appetitio Dei super omnia bona, propter infinitam Dei bonitatem; & in hoc consistit ejus quasi substantia; quod autem sit magis vel minus intensa, quod plus minusve duret, est aliquid illi accidentale: & haec quidem intensio vel duratio major oritur potissimum ex parte sensitiva, quae plurimum juvat, aut promovet conatum voluntatis vel teneritudinem affectum: *Econtra* appetitio oritur ex judicio rationis, ergo non est credibile, quod Deus vim justificandi alligavit intentioni vel durationi actus, & non potius efficaci ejusdem appetitioni. *Conf.* 1. nam gradus intensus non augeat appetitionem objecti, sed solum conatum vel teneritudinem circa objectum, hinc dari potest actus valde intensus doloris
circa

ca canem mortuum, qui tamen in appetitione non adæquet actum remississimum circa patrem mortuum: E contra appetitio ex natura sua est actus, qui sive sit intensus sive remissus, secundum suam speciem magis æstimat & præfert suum objectum, hoc autem sufficit ad contritionem, quæ justificet, ut ita super omnia detestetur peccatum & præferat Deum, ergo. *Conf.* 2. nam talis actus charitatis justificat, qualis sufficit ad implendum præceptum I. Decalogi, sed ad hoc sufficit quivis actus ex motivo bonitatis Dei super omnia, præscindendo ab intensione, ergo.

767 *Obji.* I. Connaturale est, ut ubi reperitur summa appetitio objecti, ibi etiam sit summa intensio actûs circa objectum, & contra, ergo qui amat vel odit aliquid intensius quàm Deum aut peccatum, non appetit Deum & peccatum super omnia. R. n. ant. patet enim, quòd venator sæpe intensius amet canem quàm patrem suum, à quo est offensus, quem tamen plùs appetit, paratus potiùs carere cane quàm patre. Ratio à priori est data, quia appetitio & intensio oriuntur ex diversis causis, appetitio ex æstimabilitate sive dignitate intrinseca objecti secundum prudentem rationem, intensio ex vehementi applicatione vel conatu potentia, aut ex teneritudine affectûs erga objectum, quæ præcipuè oriuntur à potentiis sensitivis.

768 *Inst.* Peccator debet de peccatis dolere ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus, ergo cum certa intensione actûs. R. n. conseq. nam etiam debet credere ex toto corde, *Actorum* 8. v. 37. & tamen nemo requirit certam intensiorem in fide. Dolet ex toto corde &c. quando appre-

appretiat peccatum super omne aliud malum, & ab illo se convertit ad Deum, hunc iterum amando super omne bonum: neque opus est, ut faciat, quidquid absolutè potest, sed tantum, ut applicet totum cor, totam animam, totas vires ad hoc faciendum, quod Deus fieri vult, hoc autem, quod fieri vult, est talis efficax appretiatio peccati & Dei super omnia. Quòd si SS. PP. aliquando plùs innuant, tantum loquuntur pro consilio, vel pro necessitate habendi remissionem etiam pœnæ, ad quam delendam multum confert intensio actûs.

Obji. 2. S. Tho. De veritate q. 28. a. 8. ad 3. ait, 769. dicendum, quòd contritio ab attritione procedente non differt solum secundum intensiorem doloris, sed etiam informationem gratiæ. Idem videtur dicere in 4. dist. 22. q. 2. a. 1. R. Tantum vult eum, qui prius habuit attritionem, ordinariè postea habere intensiorem contritionem, quia voluntas per motiva attritionis disposita, simul ex eisdem cum motivo bonitatis Dei contritionem elicit, per quam etiam obtinet gratiam. Potest etiam per intensiorem intelligi major perfectio specifica actûs, sicuti dicimus unicum rationale hominis esse intensivè perfectius quàm differentias omnium brutorum: & in eum sensum dicit S. Th. in supplem. q. 3. a. 1. O. dolor in contritione excedit omnes dolores, nempe motivo.

Inst. S. Tho. in suppl. q. 5. a. 3. O. ait: dolor ... potest esse parvus, adeo quòd non sufficiet ad rationem contritionis.... sicut etiam amor potest esse ita remissus, quòd non sufficit ad rationem charitatis. R. Loquitur de dolore ex motivo alio quàm charitatis Theologicæ, secundum dicta à n. 758., aut intelligit, si doleat, quia amittitur finis ultimus, nam

nam

nam addit, ut si minus displiceret ei peccatum, quam debeat displicere separatio a fine ultimo.

770. *Obji. 3. Catech. Roman. De pœn. c. 7. docet contritionem, quia debet pro qualitate criminum intendi ad certum gradum, esse valde difficilem, ideoque Deum instituisse Confessionem tanquam faciliorem modum justificationis; verba illius sunt hæc: Ut enim hoc concedamus contritione peccata deleri, quis ignorat illam adeo vehementem, acrem & incensam esse oportere, ut doloris acerbitas cum scelerum magnitudine equari conferri que possit? ac quoniam pauci admodum ad hunc gradum pervenirent &c. R. Quamvis idem Catechismus c. 5. moneat, ut contritio de peccatis sit, non solum maxima sed vehementissima, tamen addit, quanquam si id minus consequi nobis liceat, vera tamen & efficax contritio esse potest, sæpe enim supervenit, ut quæ sensibus subjecta sunt, magis quam spiritualia nos afficiant, quare nonnulli interdum majorem ex filiorum obitu quam ex peccati turpitudine doloris sensum capiunt. Itaque tantum vult, merito dolendum esse vehementissimè, nam ibidem dicit, summum & maximum dolorem ex peccatis suscipiendum esse, ita ut nullus major excogitari possit. Item, ut quemadmodum nullus finis & modus charitati præscribitur, ita peccati detestationi nullus modus definiatur: patet autem hæc non requiri tanquam absolutè necessaria, nam etiam lacrymas commendat, sed tantum intelligi, æquum esse, ut quantum in nobis est, conemur habere intensissimum dolorem.*

Estque notandum, quòd non dicat contritionem debere esse acrem & intensam, uti plerique cum *Platel. n. 561.* malè legunt, sed acrem & incensam, qualis est, si contritus detestetur peccatum & redamet Deum super omnia, omnis enim

enim
veher
mus p
ipsu
bus De

Obj
nobis
poter
certus
ptura
fcit, a
per on
turalis

Inf
prou
ad co
to, re
amor
à crea
lo esse
ipsi to
sed sic
gaudi
nizan
conci
Petru
conv
non
ciali
mnes
habu
set ju
justi
affec
etian

T

enim Dei super omnia dilectio est ex natura sua vehemens, acris, incensa, quia est amor maximus præferens Deum omni creaturæ: & ita se ipsum explicat *Catech. Rom.* dicens *omnibus rebus Dei amorem anteponendum esse.*

Obji. 4. Si non requiratur certa intensio vel nobis ignota duratio contritionis, ergo homo poterit esse certus de sua contritione, adeoque certus erit se esse in gratia, quod est contra scripturam & *Trid. sess. 6. c. 9. R. n. sequel.* nam 1. nescit, an debite appetierit peccatum & Deum super omnia. 2. nescit, an suus actus sit supernaturalis. Ex dictis

Inferes, falsa esse quæ docet Christianus Lupus, 771. prout refert *Le Dent* c. 12. à n. 295. nam dicit 1. ad contritionem, quæ justificet sine Sacramento, requiri, ut homo vi illius nullum habeat amorem affixivum ad creaturam, id est, ut ita sit à creaturis avulsus & Deo ita conjunctus, ut nullo esset afficiendus dolore vel sensu, quamvis ipsi tollerentur parentes, divitiæ, honores &c. sed sic animo comparatus, ut hæc omnia cum gaudio dimitteret. 2. Credendum non esse agonizantes quosdam ejusmodi contritionem concipere aut justificari sine Sacramento. 3. *S. Petrum* antequam negaret Christum, *Davidem* conversum, *Magdalenam* pœnitentem aliosque non videri habuisse hanc contritionem, sed speciali Dei dono justificatos esse. 4. Apostolos omnes ante acceptum in Pentecoste Spiritum non habuisse amorem vel contritionem, qui potuisset justificare sine Sacramento. 5. Contritionem justificantem debere esse efficacem non tantum affectivè secundum voluntatem præsentem, sed etiam effectivè seu quoad effectum cavendi

Tom. VI. Dd pec-

peccata, adeoque si postea quis in mortale delin-
batur, signum esse, quod antea non habuerit
contritionem. Hæc aliaque similia Rigoristarum
principia non videntur probabilia, possuntque
dare occasionem dicendi contritionem esse
moraliter impossibilem, sicque homines Sacra-
mento destitutos conjiciendi in desperationem.

772. Q. 104. An contritio, quæ justificat sine Sacra-
mento, secum patiatur spem & timorem. R. S. I. de
Drou d. 4. c. 3. §. 3. docet illam solam contritio-
nem esse perfectam & justificare sine Sacramen-
to, quæ foras mittit timorem, secundum illud
Joan. 4. v. 8. Charitas perfecta foras mittit timorem,
quoniam timor pœnam habet, qui autem timet, non
est perfectus in charitate. Consequenter infero,
Martyr pateretur mortem simul ex motivo timo-
ris inferni, habiturum charitatem imperfec-
tam. Sed opinio illa est contra communem,
adversatur S. Th. 2. 2. q. 19. a. 6. O. Timor pœnae
est stare cum charitate sicut & amor sui: In 3. d. 34.
q. 2. a. 2. quæstiu. 3. Timor servilis manet adve-
niente charitate, quantum ad substantiam, sed non
quantum ad servilitatem. a. 3. quæst. 2. Timere pœ-
nas aeternas non est actus timoris initialis, sed con-
patitur secum istum actum, sicut & timor castus hinc

773. §. 2. Tenendum est tanquam certum, quod
charitati perfectæ justificanti sine Sacramento
non obstat, quod ei adsit supernaturalis spes
præmii vel timor pœnæ, nam imprimis Linnæus
XII. die 12. Martii 1699. damnavit propositiones
Cameracensis, quibus assererat talem alie-
quando esse statum charitatis perfectæ, ut ex-
cluderet spem & metum, inter illas enim sunt
hæ: 1. Datur habitualis status amoris, qui est chari-
tas pura & sine ulla admixtione motivi proprii in-
teresse.

teresse. Neque timor pœnarum neque desiderium remunerationum habent ampliùs in eo partem &c. 2. In statu vitæ contemplativæ sive unitivæ amittitur omne motivum interessatum timoris & spei. 23. Purus amor ipse solus constituit notam viam interiorè, & tunc evadit unicum principium & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati & meritorii sunt. Deinde viri sanctissimi in fine vitæ, quando procul dubio implebant præceptum perfecti amoris erga Deum & perfectæ contritionis, de quo præcepto dicam n. 2009. leguntur habuisse ingentem timorem ratione divinorum iudiciorum, sic S. Hilarion, de quo in Breviario Romano ad 21. Octobris, *Cum extremo ferè spiritu conflictaretur dicebat, egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta propè annis servisti Christo, & mortem times? quibus in verbis spiritum exhalavit.* Innumera sunt ejusmodi exempla. Ratio à priori est, quia nullus actus supernaturalis de se pugnat cum charitate perfecta, cum omnis actus supernaturalis sit ex impulsu Dei, qui in se charitas est, & Author perfectissimæ charitatis in nobis, Deus autem non pugnet cum se ipso, atqui spes vel timor, de quibus loquimur, sunt actus supernaturales, quales esse posse, fide certum est, ergo non pugnant cum charitate perfecta. Unde quando scriptura & SS. PP. dicunt, quòd *charitas foràs mittat timorem*, intelligunt timorem serviliter servilem, inordinatum, immoderatum: hoc tamen etiam verum est, & hoc fortasse volunt aliquando, quòd quantò aliquis magis ardentè & purè amat Deum, tantò minùs soleat attendere ad motiva etiam supernaturalia spei vel timoris, uti habet S. Tho. suprà a. 10. O. his verbis:

Dd 2

Quantò

Quantò aliquis magis diligit Deum, tantò minùs timet pœnam, primò quidem, quia minùs attendit ad proprium bonum, cui contrariatur pœna; secundò quia firmiùs inhaerens magis confidit de premio, & per consequens minùs timet de pœna. Sed falsum est & inde malè infertur, quòd charitas non patitur, aut de se repugnet spei vel timori supernaturali, hinc S. Tho. ad 3. addit, *Amor charitatis augmentatus, reverentiam timoris non minuit, sed auget.* Videri potest Palav. à n. 152. item Carr. à Lapide in eum locum Apostoli; item dicenda hìc à n. 1742. ubi practicè ostendam, quomòdo per attritionem ex spe & metu assurgere debemus ad perfectam contritionem.

Obji. Si motiva charitatis & timoris non pugnent, ergo poterit unicus actus procedere ex motivo charitatis & timoris, hoc autem implicat, quia actus charitatis debet procedere ex motivo solius bonitatis Dei, & pro motivo, cui habere solum Deum. R. 1. Si ista duo motiva non possint influere in unum eundemque actum, influant in duos, & sic salvatur, quod dicitur R. 2. c. seq. cum S. Th. in 3. dist. 34. q. 2. a. 3. questiu. 2. ad 1. *Timor initialis non includit servitium secundùm essentiam, sed in quantum concurrunt ad unum actum imperandum.* Et talis actus simul erit charitatis & timoris, qui prout erit charitatis, respiciet solam bonitatem Dei & Deum ut finem, cui; prout erit timoris, respiciet pœnam & pro fine, cui, habebit hominem ipsum: sicut actus, qui simul est fidei divinæ & humanæ, prout est fidei divinæ, respicit solam Dei auctoritatem; prout est fidei humanæ, solam auctoritatem hominum. Et similiter loqui solemus de actu, qui simul esset fidei, scientiæ & opinionis.

Q. 105. *An omnis contritio, quæ est actus chari-* 774
tatis Theologica, iustificet sine Sacramento. R. Ne-
 gant aliqui cum *Le Drou* diff. 4. c. 1. & seqq. sed
 oppositum tenendum est ex dictis à nu. 747. &
 756. Quod ulterius, *Probat* 1. ex Scriptura,
 quæ de dilectione (per quam intelligitur dile-
 ctio Dei ex charitate, seu quæ est amor Dei
 propter se & super omnia) absolutè dicit, quòd
 causet reciprocam Dei dilectionem & gratiam,
 quòd tollat peccatum &c. Sic dicitur *Prov.* 8. v.
 17. *Ego diligentes me diligo.* *Joannis* 14. v. 21.
Qui diligit me, diligetur à Patre meo. & ego diligam
eum. v. 23. *Si quis diligit me, sermonem meum ser-*
vabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum venie-
mus & mansionem apud eum faciemus. *1. Petri* 4.
 v. 8. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* *1.*
Joannis 4. v. 7. *Omnis, qui diligit, ex Deo natus*
est, id est, factus est filius Dei, uti exponunt in-
terpretes cum Corn. à Lapide.

Prob. 2. ex SS. PP., nam *S. August.* De Tri-
 nit. l. 15. c. 18. ait, *Ipsa dilectio sive charitas*
perducit ad regnum. In expos. epist. ad Galatas,
Formatur Christus in eo, qui formam accepit Christi:
formam autem accipit Christi, qui adheret Christo di-
lectione spirituali. De fide & oper. c. 14. *Charitas*
implet legem, & facit rectè vivere, sed non vivunt
bene homines, nisi effecti filii Dei, L. 1. contra 2. E-
pist. Pelagian. c. 2. ergo charitas efficit filium Dei.
Tract. 7. in Joannem, *Qui diligit, ex Deo natus est.*
Quare? Quia Deus dilectio est. *Tract.* 9. *Timor me-*
dicamentum, charitas sanitas est. *Tract.* 76. *Dilectio*
santos discernit à mundo. *Tract.* 9. in Epist. Joan-
 nis, *Diligendo Deum amici facti sumus.* *S. Chrys.*
Hom. 7. in 2. ad Timoth. *Ubi charitas est, omnia*
sublata sunt mala. *S. Greg.* in Lib. 1. Regum c. 3.

Ex vi conversionis magnitudo deletur criminis, vis autem conversionis est affectio charitatis. S. Anselm. in Monol. *Dubitari nullatenus debet, quod ipse omnem naturam se verè amantem amet*, atqui omnis diligens Deum super omnia & propter Deum ipsum, verè amat Deum, ergo. S. Ephrem. De die iudicii c. 5, *Compunctio sanitas anime est.* S. Bern. Serm. 83. in Cant. *Amor per se sufficit.* Cassiod. De amicitia §. De dilectione Dei, *Charitas est criminum abolitio.* S. Tho. 1. 2. q. 89. a. 6. O. Amor Dei, quo quis se iterum ordinat ad finem ultimum, causat gratiam, sed contritio ex charitate est amor Dei, quo quis se iterum ordinat ad finem ultimum, ergo.

Prob. 3. Ex communi sensu totius Ecclesie, quæ sæpe fidelibus omnibus contritis concedit indulgentias, quarum capax non est, nisi iustificatus. Item monet Sacramentis vivorum præmittendam esse saltem contritionem, per quam restituatur gratia, si fortè absit, ergo certum est Ecclesiam supponere, quod per contritionem, quæ est absolutè ex motivo bonitatis Dei super omnia, causetur justificatio. *Prob. 4.* ratio, quia contritio, quæ procedit ex motivo charitatis erga Deum, est actus perfectissimus, quo peccator gratiâ Dei excitatus & adjutus avertit se à peccato tanquam malo ipsi Deo, & se iterum convertit ad Deum super omnia dilectum, propter Deum ipsum, ergo congruum fuit, ut ad positionem illius Deus vicissim se converteret ad hominem, secundùm illud Zacharia 1. v. 3. *Convertimini ad me, dicit Dominus exercituum, & convertar ad vos.*

His argumentis permotus Sylvius retractavit priorem sententiam, quâ id negaverat: Et merito

ritò, inquit Gonet d. 3. n. 27., eò quòd apertissime
 contradicat variis Scripturæ, Conciliorum, SS. PP.
 testimoniis, nec non Summorum Pontificum decre-
 tis, ac omnibus scholasticis.

Respondent 1. Authoritates adductas explica- 775.
 ri posse de charitate habituali. Contra est 1. ex
 verbis ipsis, saltem plerisque, patet ad oculum,
 quòd loquantur de actu dilectionis & amoris. 2.
 Non loquuntur speculativè de habitu charita-
 tis, sed practicè incitant ad actus amoris Dei,
 ergo loquuntur de charitate actuali. 3. Scriptu-
 ra & SS. PP. communiter per charitatem, in-
 telligunt actualem, sic enim S. Dionys. De div.
 nom. c. 4. ait, *Mihi enim videntur Theologi existi-
 māsse commune nomen esse amoris & charitatis.* Et
 paulò infrà: *Pro eodem ponuntur à sanctis Theo-
 logis charitatis & amoris nomina.* S. Aug. 15. De
 Trinit. c. 18. *Ipsa verò dilectio seu charitas, nam
 unius rei est utrumque nomen.* Et l. 3. De doctr.
 christ. c. 10. *Charitatem voco motum animi ad fru-
 endum Deo propter ipsum.* Vide dicta n. 747.

Respondent 2. Intelligi de sola charitate perfecta 776.
 seu intensa. Contra est, nam imprimis Synodus
 Agathensis, uti retuli nu. 766. expressè dicit hoc
 de contritione, *licet dolor non sit ita intensus.* S. Th.
 ibidem relatus dicit, quòd *quælibet contritio,*
*quantuncunque parvus sit dolor, dummodo ad con-
 tritionis rationem sufficiat.* Catechismus Rom. n.
 770. relatus dicit, *Contritionem posse esse veram
 & efficacem, quamvis non sit maxima.* Deinde
 scriptura & PP. dicunt ista de dilectione Dei &
 de charitate simpliciter ac sine addito, ergo.
 Quòd si sententiæ toties repetitæ & abstrahentes
 à terminis illis, *perfecta, vehemens, intensa, diutur-
 na,* non sufficiant ad persuadendum hoc de dile-
 ctione

ctione & charitate simpliciter & quoad substantiam tali, nihil poterit absolutè probari ex scriptura vel PP., quia quisque facilè inveniet distinctiunculam, per quam verba detorqueat à vero ad suum privatum sensum.

777. *Obji. 1. S. Aug.* docet catechumenis non remitti peccata, nisi dum baptizantur, sed catechumeni debent amare, & sæpe *flagrant* amore Dei super omnia, ergo. Ita *Le Drou* arg. 10. R. 1. Si argumentum valet, ergo nullus amor Dei super omnia à catechumeno elicitus tollit peccatum. R. 2. Tantùm vult non dimitti perfectè, etiam quoad pœnas: aut non dimitti legaliter, ac pro externo etiam foro Ecclesiæ, cum per Baptismum fiat ingressus in Ecclesiam.

778. *Obji. 2. S. Tho.* in 2. d. 28. q. 1. a. 3. ad 2. ait, *Potest aliquis charitatem non habens* (quoad habitum) *diligere proximum & Deum etiam super omnia, ut quidam dicunt, & hoc diligere intelligitur actus charitatis sub præcepto directè cadere, & non solum secundùm quod à charitate procedit.* Hanc autem charitatem 2. 2. q. 184. a. 3. ad 2. vocat *infimum dilectionis gradum*, quamvis sit super omnia, ergo talis actus charitatis non justificat. R. n. conf. quamvis enim talis actus sine habitu charitatis eliciatur à peccatore per auxilium supernaturale transiens, & quamvis etiam sit infimus gradus dilectionis Dei super omnia, tamen non negat *S. Tho.* per illum ipsum justificari peccatorem.

779. *Obji. 3.* Charitas, secundùm omnes, dividitur in perfectam & imperfectam, & ideo 1. *Joannis* 4. v. 18. dicitur, *Perfecta charitas foras mittit timorem.* *S. Aug.* Tract. in Epist. *Joannis* ait, *Charitas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici.* Item cha-

charitas perfecta & imperfecta, secundum S. Tho. 2. 2. q. 19. a. 8. O. non differunt secundum essentiam. De sola autem charitate perfecta, quod sine Sacramento justificet, habemus ex damnatione propositionum *Baji* relata n. 747. in quibus semper additur *perfecta*, ergo si charitas sit imperfecta, cum ea stat peccatum mortale. R. *Dixi* n. 739. unam charitatem posse esse perfectiorem altera, & illo sensu una dicitur imperfecta respectivè, id est, minùs perfecta; & similiter contritio perfecta, quæ est odium etiam omnium venialium, perfectior est quàm illa, quæ est solorum mortalium: omnis tamen charitas & ex ea procedens contritio est simpliciter perfecta & justificat, quæ ex motivo absolutæ bonitatis Dei odit mortale super omnia, hinc admissio vel dissimulatio toto antecedente n. conseq.

Q. 106. An in casu necessitatis justificet sine Sa- 780
 cramento aliqua contritio, quæ extra necessitatem non justificaret. R. Affirmat *Le Drou* diff. 4. c. 2. arg. 19. putans charitatem imperfectam, quæ alioqui ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ requiritur, in casu necessitatis sufficere ad justificationem. Sed tenendum est oppositum, nam 1. si hoc verum est, ergo nullus adultus ex defectu Sacramenti peribit, adeoque *Trid.* frustra cavet, ut nullum peccatum esset reservatum in articulo mortis, si enim moribundus non habeat charitatem imperfectam, ei non prodesset absolutio sacramentalis, uti adversarii volunt: si autem illam habeat, justificari posset sine absolute. 2. Dici non potest, cur aut quomodo necessitas contritioni imperfectæ tribueret vim, quam de se non habet, nullum enim fun-

damentum est dicendi Deum ita instituisse ;
ergo.

Obji. SS. Aug. Bern. Hugo à S. Victore dicunt dari contritionem, quæ in necessitate tantum justificet sine Sacramento. R. n. ass. non enim dicunt justificare in necessitate tantum, sed tantum dicunt justificare in necessitate, quando deest Sacramentum, quod verum est etiam de contritione perfecta.

781. Q. 107. *An contritio perfecta vel amor Dei absolute prædominans requiratur tanquam pars ad justificationem in Sacramento pœnitentiæ causandam.*
R. §. 1. *Le Drou d. 1. c. 3.* recenset multos, quos putat ante & post *Trid.* tenuisse, quod ad Sacramentum Pœnitentiæ requiratur perfecta contritio, quæ præcedere debet absolutionem, ita ut per hanc tantum augeatur gratia, remittatur saltem pars pœnæ, & homo visibiliter reconcilietur Ecclesiæ. Tenet autem ipse talem contritionem non requiri, attamen defendit oppositum non doceri à *Trid.*, nec esse omnino certum. Sed tenendum est velut certum & à *Trid.* sufficienter declaratum, quod contritio perfecta non requiratur tanquam pars Sacramenti pœnitentiæ, nam. 1. *Catech. Trid. De pœn. c. 5. n. 32.* dicit, *Ex Fidei catholica doctrina omnibus credendum & constanter affirmandum, vi clavium remitti peccata, ergo ante Sacramentum non semper supponuntur remissa, atqui supponerentur semper remissa, ante Sacramentum, si ante absolutionem requireretur, tanquam pars Sacramenti, contritio perfecta, ergo. 2. Trid. sess. 14. De pœn. c. 4.* docet aliquando contingere, ut contritio ante susceptum Sacramentum reconciliet, ergo satis significat, quod non semper fiat.

fiat. 3. *Trid.* ibidem c. 6. dicit absolutionem Sacerdotis non esse solum nudum ministerium declarandi remissa esse peccata, ergo saltem aliquando primò remittit. 4. Ibidem c. 3. dicit, quòd reconciliatio cum Deo sit effectus Sacramenti: item c. 2. quòd absolutio liberet à peccatis; Et c. 6. quòd sit functio remittendi peccata, hæc autem minùs congruè explicantur, si dicamus ad Sacramentum Pœnitentiæ semper prærequiri contritionem perfectam, per quam peccata sint antecederet remissa, ergo. 5. Non poterit dari clara ratio, cur Baptismus & Pœnitentia potiùs quàm alia dicantur Sacramenta mortuorum. 6. Pontifices Cap. *Presbyter.* & Cap. *Agnovimus.* Causâ 26. q. 6. dicunt Sacerdotem, qui moribundo negat absolutionem, posse esse causam, cur damnetur, quod verum non est, si peccata non remittantur primò per absolutionem. 7. Adversariù fatentur cum *Le Drou* d. 3. c. 2. §. 4. ad susceptionem Baptismi & Pœnitentiæ sufficere dolorem ex eodem motivo, atqui ad Baptismum non prærequiritur perfecta contritio, per quam remissa sint peccata, nam *Act. 2. v. 38. Pœnitentiam agite & baptizetur unusquisque vestrum..... in remissionem peccatorum.* Et in symbolo Nicæno dicitur, *Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum.*

§. 2. *Opstraedt* De convers. peccat. requirit pro Sacramento Pœnitentiæ dolorem ex amore Dei, non tantum casto, sed etiam absolutè prædominante, quod explicat hoc modo: 1. Amor Dei castus est, quo quis amat Deum propter Deum ipsum. Amor Dei prædominans, est amor Dei castus, qui superat alium amorem. 2. Amor

782.

Amor

Amor prædominans potest esse talis, vel secundum quid, vel absolute: tum est prædominans secundum quid, si superet alium amorem aliquem sed non omnem, v. g. si amor Dei superet quidem amorem divitiarum, sed non superet amorem honorum, quia aliquis potius vellet offendere Deum, quam perdere honorem. In tali homine est amor Dei prædominans secundum quid, nempe supra amorem divitiarum, sed è contrà amor honoris est prædominans supra amorem Dei. Tum est amor Dei absolute prædominans, si superet omnes alios amores cordis, quia nempe potius vellet perdere divitias, honores, voluptates & creaturas omnes, quam Deum. §. Certum est amorem secundum quid prædominantem non sufficere cum Sacramento, hinc concludit c. 8. §. 2. solum amoré Dei absolute prædominantem sufficere.

783. §. 3. Dicendum est ad Sacramentum Penitentiae requiri aliquem actum absolute prædominantem, qui faciat hominem ita aversum à peccato & conversum ad Deum, ut potius vellet perdere omnes creaturas quam Deum, hic tamen actus, secundum dicta, non necessarius est actus charitatis, vel amor perfectus, uti magis constabit ex dicendis.

784. Q. 108. Quale motivum habeat attritio, & quomodo illud attingere debeat. R. §. 1. Attritio non requirit pro motivo nequidem inadæquato bonitatem Dei super omnia dilecti, uti habet communissima cum Le Dent De attrit. c. 2. contra Bajum, Jansen., Jansenistas, Lupum, Farvacques, Le Drou & alios. Probat 1., quia attritio non justificat sine Sacramento, uti dicitur n. 832. sed si pro motivo etiam inadæquato haberet bonitatem

tatem Dei super omnia dilecti, esset actus charitatis Theologicæ, & justificaret sine Sacramento, secundum dicta à n. 774. Neque huic effectui obstaret, quòd adjunctum haberet motivum spei vel timoris, uti constat ex dictis à n. 772. ergo. 2. *Trid.* sess. 14. De pœnit. c. 4. per hoc distinguit contritionem ab attritione, quòd contritio sit charitate perfecta, attritio autem concipiatur ex alio motivo inferiore, uti dicitur n. 786., ergo ex mente *Trid.* attritio non est per charitatem perfecta, ergo pro motivo non habet bonitatem Dei super omnia dilecti. *Si dicas*, nomine attritionis venire actum à charitate quidem elicicum, sed minùs efficacem & perfectum. *Contra* est, ergo attritio nequidem cum Sacramento sufficeret ad justificationem, ut enim sufficiat, debet esse efficax & excludere omnem voluntatè peccandi, uti docet *Trid.* suprà.

Obji. Attritio debet attingere motivum honestam & supernaturale, ergo debet respicere Deum tanquam finem ultimum, sed Deus est finis ultimus, quatenus est summum bonum in se, ergo attritio debet attingere Deum tanquam summum bonum in se, ergo pro motivo saltem inadæquato habet bonitatem Dei super omnia dilecti. *R.* Permissis omnibus, quæ assumuntur pro antecedente, n. ult. conf. quia licèt attritio debeat elici cum respectu ad Deum, uti dicitur n. 792. Item licèt attingat honestatem, quæ est convenientia cum fine ultimo, sicque mediatè saltem & interpretativè attingatur summum bonum in se, ad quod ultimatè tendunt omnia, tamen non attingit illa propter bonitatem Dei, si- ve quia hoc Deo bonum est, sed quia bonum est ipsi attrito, ergo hic non intervenit motivum charitatis in Deum.

Inst.

785.

Inst. Omnis actus honestus est conformis primæ regulæ, ergo includit amorem aliquem primæ regulæ & finis ultimi, in quantum hic finis est in se summum bonum, uti pluribus probat *Maurus* q. 243. à n. 16. ergo omnis actus honestus, adeoque etiam attritio, est ex motivo charitatis. R. Datâ 1. seq. n. 2. nam ad summum sequitur, quod omnes actus honesti eliciantur cum aliquo respectu ad finem ultimum, qui est summum bonum in se, uti jam dictum est, non autem sequitur, quod objectum suum vel ideo prosequatur, quia Deo bonum est, vel ideo fugiat, quia Deo malum est, quorum unum requiritur ad motivum charitatis. Consequenter ad actum honestum non requiritur, ut positivè actu amet finem ultimum propter ipsum finem ultimum, sed satis est, quod sit circa objectum conforme primæ regulæ & fini ultimo, quamvis finem ultimum amet sibi, dummodo saltem per alium actum maneat ordinatus ad finem ultimum.

786. §. 2. Attritio habet pro motivo, vel turpitudinem peccati, vel amissionem præmii seu boni alicujus, vel incursionem pœnæ sive alicujus mali, sic enim *Trid.* suprâ expressè docet contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, communiter concipi, vel ex consideratione turpitudinis peccati, vel ex gehennæ & pœnarum metu, ubi per gehennam intelligitur pœna damni & sensûs in inferno, uti notant omnes communiter cum *Lugo* d. 5. n. 137. per pœnas autem intelliguntur pœnæ temporales saltem Purgatorii, uti certum esse dicit *Arr.* d. 11. s. 1. quidquid contradicat *Vasq.* q. 92. a. 1. dub. 3. Imò communior sententia est cum *Aversa* q. 2. s. 14. attritionem

tionem concipi posse ob alia mala hujus vitæ, quamvis *Côn. d. 4. n. 39.*, ejusmodi attritionem habeat suspectam, Ratio nostra est, quia *Trid.* suprâ subdit Ninivitas hoc timore pœnæ temporalis, nempe subvertendæ suæ urbis, utiliter concussos ad prædicationem Jonæ pœnitentiam egisse & misericordiam à Domino impetrâsse, non quòd justificati sint per attritionem, sed quòd obtinuerint, vel remissionem pœnæ intentatæ, vel dispositi sint ad contritionem, per quam sint justificati. Ad pœnam reducitur etiam amissio præmiorum & bonorum, quæ alioqui danda erant, & per peccatum impediuntur. hinc à contrario bonum retributionis sive præmii etiam nos movet ad attritionem, idem enim esse videtur timere carentiam boni velut pœnam & desiderare bonum velut præmium. Ex his,

Colliguntur seqq. 1. Per turpitudinem peccati 787. intelligitur inhonestas, quam peccatum habet per oppositionem ad naturam rationalem, ad rectam rationem, ad legem illud prohibentem, ad virtutem, contra quam peccatur, inest autem omni peccato turpitudine divinæ offensæ, irreverentiæ in Deum, ingratiitudinis, inobedientiæ, injuriæ, temeritatis, & ideo illa motiva dicuntur universalialia: quibusdam peccatis inest specialis tantum turpitudine, v. g. ebrietati, fornicationi, mendacio inest turpitudine per oppositionem ad specialem honestatem virtutis temperantiæ, castitatis, veracitatis, quæ honestas non opponitur omnibus peccatis, ideoque hæc motiva dicuntur particularia.

2. Ad amissionem præmii pertinet, quòd per 788. mortale amittatur gratia & amicitia cum Deo, virtutibus

virtutibus

virtutes supernaturales, jus ad cœlum, æterna gaudia; per veniale autem reddatur quis indignus multis gratiis actualibus, speciali favore vel protectione Dei, singulari gloriâ vel gaudio accidentali in cœlo, & etiam pro hac vita bonis temporalibus, uti sunt valetudo, honores, divitiæ, longa vita, hæc enim omnia sunt bona connaturalia hominis & honestè amabilia.

789. 3. Ad incurfionem pœnæ pertinet, quòd per mortale mereamur æternum Dei odium & inimicitiam, privationem gratiæ & visionis beatificæ, æternos cruciatus gehennæ, perpetuum cum dæmonibus & damnatis consortium &c. per veniale autem mereamur Purgatorium, pœnas etiam temporales hujus vitæ, uti bella, famem, paupertatem, morbum, infamiam, mortem, imò & quòd mereamur pœnas merè inter-nas, uti remorsus conscientiæ, scrupulos, anxietates, ariditates, hæc enim omnia sunt opposita naturali inclinationi hominis & honestè odibilia.

790. 4. Omnis dolor de peccatis reducitur ad 4 classes generales, nam 1. perfectissimus, qui est contritio, desumitur ex motivo bonitatis Dei & pertinet ad filium. 2. Minus perfectus desumitur ex turpitudine peccati, & pertinet ad ingenuum. 3. Adhuc imperfectior desumitur à spe præmii, & pertinet ad mercenarium. 4. Minime perfectus desumitur à timore pœnæ, & pertinet ad servum. Unde sicuti servo nobilior est mercenarius, mercenario ingenuus, ingenuo filius, ita hi dolores se cum proportione excedunt.

791. Dices. Saltem non poterit dari attritio concepta ex solo metu pœnæ, quia omne odium fundatur in amore oppositi, ergo peccatum

non potest odio haberi ex meru pœnæ, nisi simul moveat bonitas virtutis oppositæ. R. n. conf. quando enim aliquid ratione alterius odio habetur, satis est amari hoc, propter quod alterum odio habetur, uti si oderim cibum dulcem, quia sanitati nocet, non est opus, ut amem cibum amarum, sed satis est amare sanitatem & me, cujus gratiâ odi cibum dulcem: ita hic dum odi peccatum propter pœnam, satis est, quod amem absentiam peccati & me, cujus gratiâ odi peccatum.

§. 3. Attritio ad justificationem disponens debet attingere suum objectum cum aliquo respectu ad Deum, uti omnes communissimè cum *Lugo* à n. 140. *Dicast.* d. 6. n. 8. *Aversa* q. 111. s. 5. nam 1. *Trid.* suprâ ad attritionem requirit, ut fiat cum spe veniæ, utique à Deo obtinendæ, eum explicet attritionem de peccato Theologico, quod contra Deum committitur. 2. Ut attritio ad justificationem disponat, debet esse quædam inceptio dilectionis Dei, uti habet *Trid.* sess. 6. c. 6. Item debet esse conversio ad Deum, quia cum peccatum sit aversio à Deo, qui iterum ad Deum non convertitur, non habet veram pœnitentiam, sed si non attingat suum motivum cum aliquo respectu ad Deum, non poterit dici conversio ad Deum, ergo. 3. Attritio debet esse Theologicè supernaturalis, uti dictum est n. 667. sed talis non erit, nisi aliquo modo respiciat Deum, ergo. 4. Talis attritio debet esse efficacax, sive excludere omnem voluntatem peccandi, etiam internè, sed si non respiciat Deum, non videtur satis posse excludere omnem voluntatem peccandi internè, tum saltem, quando concipitur ex metu pœnæ, solus enim Deus

792

novit & sufficienter punire potest peccata interna, unde ab illo solo timeri poterit tali peccato pœna debita, ergo.

793

Dixi 1. ad justificationem disponens, nam attritio sine respectu ad Deum potest habere naturalem honestatem, hinc *Alex. VIII.* damnavit hanc 9. prop. *Revera peccat, qui odio habet peccatum merè ob ejus turpitudinem & disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu.* *Dixi 2.* cum aliquo respectu ad Deum, nam licet *Bosco* s. 3. à nu. 9. requirat formalem & explicitum, tamen sufficere quasi virtuale seu implicitum docent *Suar. Amic.* alique cum *Ar.* d. 11. s. 2. talem autem putant haberi per hoc, quod turpitude peccati cognoscatur esse contraria naturæ rationali, legi humanæ, honestati virtutis &c., quod defendi potest, dum modo natura rationalis saltem confuse apprehendatur ut quædam participatio naturæ increatæ, & lex humana ut informata lege æternâ Dei, & honestas virtutis ut quædam conformitas cum ratione æterna. Et similiter loquendum est circa amissionem bonorum vel incurfionem malorum, quæ saltem confuse apprehendi debent tanquam neganda vel infligenda à Deo justo Judice. Hinc,

794

Inferes 1. Ad dolorem, qui sufficiat pro Sacramento Pœnitentiæ, semper requiri respectum ad Deum, vel tanquam ad primam regulam omnis honesti, vel tanquam ad punitorem aut præmiatorem, vel tanquam ad summum bonum in se & propter se infinite amabilem.

Inferes 2. Aliqua motiva etiam attritionis desumi per ordinem ad Deum, præscindendo ab omni præmio & pœna, uti sunt motiva ex

turpitu
opposi
præmi
tâset p
peccati
bent, &
tum, q

Q. 1
nesta &
per attr
tas & m
tium pe
tur à Tr
eam con
pondera
tudinem
& atern
loris vi
prepara
tam & n
coactum
fit.

S. 2
actum,
esset ex
tum cer
nestum
docet a
De ente
Dent n.
bis: Si q
tu atern
docent
Dent à
per nat

turpitudine peccati vel ex honestate virtutis oppositæ, quamvis enim Deus nec promississet præmium pœnitenti, nec impœnitenti intenter pœnam, adhuc honestum esset dolere de peccatis propter inhonestatem, quam in se habent, & propter honestatem singularem virtutum, quibus opponuntur.

Q. 109. *An attritio ex spe & metu possit esse honesta & supernaturalis.* R. S. 1. Lutherus dixit nos per attritionem ex spe vel metu fieri hypocritas & magis peccatores, eò quòd impediatur tantum peccata externa, & sit coacta: sed damnatur à *Trid.* sess. 14. c. 5. his verbis: *Si quis dixerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem..... ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, sæditatem, amissionem æternæ beatitudinis & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum & utilem dolorem, nec preparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam & magis peccatorem, demum illam esse dolorem coactum & non liberum ac voluntarium, anathema sit.*

795

S. 2. Calvin. Bajus & alii dixerunt omnem actum, & consequenter attritionem, quæ non esset ex charitate, non esse bonam: sed oppositum certum est ex dictis l. 2. n. 132. Et verò honestum esse operari propter spem præmiorum, docet apertè Scriptura multis locis apud Ripald. De ente supern. tom. 3. d. 22. n. 9., & apud *Le Dent* n. 115. Idè definit *Trid.* sess. 6. c. 31. his verbis: *Si quis dixerit justificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis operatur, anathema sit.* Idem docent SS. PP. apud Ripald. n. 10. & apud *Le Dent* à n. 117. Ratio est, quia datur habitus supernaturalis spei distinctus ab habitu charitatis,

796

E e 2

ut

ut certum est ex 1. ad Corinth. 13. v. 13. Fides, spes, charitas, tria hæc; major autem horum est charitas; ac tenent Theologi omnes, ergo etiam dantur actus virtuosi & supernaturales spei respondentes: quod pluribus de aliorum etiam habituum à charitate distinctorū actibus evincit Ripald. s. 2. n. 13. & seqq. ideoque merito concludit Gormaz n. 345. nullam esse probabilitatem in illa sententia, quæ operationem ex spe præmii actam sine charitate, dicit esse inhonestam.

797

§. 3. Jansenius, Jansenistæ aliique apud Laurentium Dent c. 6. dixerunt dolorem ex metu gehennæ esse malum, vel quia nascitur ex amore proprio, vel quia habet adjunctam malam comparisonem animi: sed oppositum est de Fide ex Tridentino supra, ubi definit esse utilem, & præparare ad gratiam. Idem dicit sess. 6, c. 8. his verbis: Si quis dixerit gehennæ metum, per quem misericordiam Dei de peccatis dolendo conjugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, anathematizatus sit. Idem evincitur ex Scriptura apud Bellarminum hic l. 2. c. 17. & Ripald. n. 35. quæ hortatur ad eummodi metum, uti Matthæi 10. v. 28. Timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Similiter SS. PP. & specialiter S. Augustinus. apud Ripald. s. 5. & 6. sic in ps. 127. loquens de puro metu, quo quis timet, ne mittatur in gehennam, ait: bonus est & iste timor, & utilis est.

798

§. 4. Multi alii Rigoristæ dicunt attritionem universim, alii saltem attritionem illam, quæ ex solo metu gehennæ concipitur, non posse esse supernaturalem: sed oppositum satis declarat Tridentinum sess. 14. De pœn. c. 4. ubi docet eam donum Dei esse & Spiritus S. impulsam.

penitens adjutus viam sibi ad justitiam parat.... Et qui eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit; nihil autem naturale potest conducere vel disponere ad gratiam, uti tenent Catholici omnes : Hinc *Alexander VIII.* damnavit has duas prop. 14. *Timor gehennæ non est supernaturalis.* 16. *Attritio, quæ gehennæ & pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentia Dei, non est bonus motus ac supernaturalis.* Ratio hactenus dictorum à priori est, quia ordinatè amare seipsum est honestum, non minùs quàm ordinatè amare alterum, ergo velle bona, naturæ suæ ut rationali convenientia, & nolle mala illi naturæ suæ ut rationali disconvenientia, est maximè honestum, atqui beatitudo æterna est bonum naturæ ut rationali conveniens, E contra damnatio æterna est malum naturæ ut rationali disconveniens, uti per se patet, ergo maximè honestum est velle beatitudinem & nolle gehennam, ergo etiam maximè honestum est ex spe beatitudinis & metu gehennæ dolere de peccato, tanquam de illo, quod impedit beatitudinem & causat gehennam, ergo maximè congruè poterit principium supernaturale in talem attritionem influere.

Obj. I. Perfecta charitas non mittit foràs actum honestum, sed *perfecta charitas foràs mittit timorem*, uti habetur I. *Joannis* 4. v. 18. ergo timor non est actus honestus. R. Hoc solutum esse n. 773. in fine. Et si argumentum valeret, nullus timor Dei esset honestus.

Inst. S. *Aug.* & alii PP. sæpè reprehendunt timorem servilem; è contrà commendant timorem castum sive filialem. R. Quando repre-

hendunt timorem servilem, intelligunt vel mundanum, vel serviliter servilem, uti ostendit *Le Dent* à n. 87. Quandoque volunt esse minus perfectum, uti ostendit idem *Le Dent* n. 93. Quandoque tantum volunt non sufficere se solo ad justificationem. Neque verum est, quod per timorem castum semper intelligatur filialis, sed quandoque intelligitur talis, qui secundum honestatem cujuscunque virtutis elicitur.

800

Obji. 2. Detestatio peccati concepta ex solo metu gehennæ necessariò habet adjunctum affectum, quo quasi dicit, peccarem, si gehennæ non esset, ergo semper est serviliter servilis. *2. n. ant.*, quod directè est contra *S. Tho. 2. 2. q. 9. n. 4.* ubi probat dari timorem servilem sine servilitate: Ratio est, quia sicuti ille, qui dicit, nolo furari, quia furtum causat patibulum, non ideo dicit se furaturum, si furtum non causaret patibulum, sed ab hoc præscindit, attamen in hujus actûs absolutè vult non furtum: item sicuti actus, quo dico, nolo hodie peccare, est honestus, neque ideo dico me velle cras peccare, sed ab eo præscindo, ita attritus ex metu gehennæ stare posse alium actum detestationis ex amore Dei, sed cum hoc actu amoris stare non potest ille affectus conditionatus, ergo nec necessariò conjunctus est cum detestatione ex metu gehennæ. Denique metus gehennæ non necessariò impellit ad conditionatam ejusmodi volitionem peccandi, sed potiùs ad absolutam nolitionem peccandi, quia nempe illa ipsa conditionata volitio causaret gehennam, ergo ex hoc, quòd habeam metum gehennæ, non potest sequi, quòd habeam volitionem peccandi, sub

condit
quitur
candi.

Inst.

servili
pœnar
est hor
rem ju
berati

Obji.

gehen
malun
stor, q
tantum
possum
fugien
hoc ne
sed ab
tem d
nam,
quia D
ab eo.

gehen
est suf
peccar
cum d
est, er
quia c
malun
ut nor
neque
Deum
mnib
bus, h
Inst.

condi

conditione, si non esset gehenna, sed potius sequitur, me habere nolitionem absolutam peccandi.

Inst. S. Tho. ad 1. dicit timorem tum esse cum servilitate, quando non amat justitiã, sed solum pœnam timet, ergo attritio ex puro metu non est honesta. *R.* Tantum vult debere adesse amorem justificationis & spem veniæ, ita ut velit liberationem à pœna per liberationem à culpa.

Obji. 3. Detestans peccatum ex solo metu gehennæ non curat de hoc, quòd peccatum sit malum Deo, adeoque æquivalenter dicit, detestor, quia mihi malum est, non detestaturus, si tantum esset malum Deo. *R. n. ass.*, sicuti enim possum per intellectum judicare peccatum esse fugiendum, quia causat gehennam, neque per hoc nego esse fugiendum, quia Deo malum est, sed ab hoc præscindo; ita possum per voluntatem detestari peccatum, quia causat gehennam, non excludendo voluntatem detestandi, quia Deo malum est, sed quasi præscindendo ab eo. Ratio à priori est, quia quamvis causare gehennam non sit omnis malitia peccati, tamen est sufficiens, ut propter eam absolute detester peccatum, & hic actus detestationis non pugnat cum detestatione etiam ideo, quia Deo malum est, ergo quamvis vi hujus actus, quo detestor, quia causat gehennam, non detester, quia Deo malum est, non ideo sic positivè dispositus sum, ut non detestarer, si tantum Deo malum esset: neque ideo contemnitur Deus, nam aliud est Deum vi illius actus non præferri positivè omnibus rebus, aliud est postponi omnibus rebus, hæc enim duo differunt toto cælo.

Inst. 1. Cessante motivo detestandi cessat

E e 4

dete-

801

802

detestatio, ergo quando detestor peccatum propter pœnam, si cessaret pœna, non detestarer peccatum, ergo virtualiter dico, non detestarer, nisi esset pœna. R. 1. Simili argumento probabo actum, quo nunc amo Deum consideratâ solâ illius misericordiâ, esse inhonestum, nam cessante motivo misericordiæ cessare meus amor Dei, ergo virtualiter dico, non amarem Deum, si non esset misericors. R. 2. Cessante omni motivo detestandi cessat omnis detestatio, item cessante aliquo motivo detestandi cessat aliqua detestatio, c., cessante aliquo motivo detestandi cessat omnis detestatio, n., ergo si cessaret pœna, non detestarer peccatum, vi hujus actûs, quo detestor ex motivo pœnæ, non detestarer vi alterius actûs & motivi, quod non excluditur per motivû pœnæ, n. 1. & 2. *Inst.*

803

2. Qui amat filium Titii propter Titium patrem, ille ita comparatus est, ut mallet perdere filium quàm patrem, ergo qui atteritur de peccatis propter pœnam, ita comparatus est, ut mallet peccare quàm pœnam subire. Prior ita comparatus est, si nullum aliud sit motivum amandi filium quàm præcisè pater, cui aliud adsit motivum aliunde magis amandi filium, n. Pro odio autem peccati semper adest aliud motivum quàm præcisè pœna, nam ideo pœna absterret à peccato, quia peccatum cognoscitur aliunde habere malitiam distinctam, quâ causat pœnam, ergo semper adest aliud motivum detestandi peccatum.

804

3. Plerique sic detestantes peccatum propter pœnam, peccarent, si abesset pœna. Peccarent vi actûs, quem tunc absolute habent, n., vi actûs alterius, quem fortè habituri essent.

trans.
mo es
condi
actum

Obj
pam e
detest
metu
quia r
go. R
pter g
gratia
tùm b
hic.

optim
haber
la qua
vel o
ad ex
de se
odio
ut ap
malit
bili v

In
culpa
pa, n
inqu
est in
vis e
quân
esse p
aliur
pœn
hoc

trans

trans., nam hoc est incertum, sicuti autem nemo est bonus per actum, quem sub hac vel illa conditione habiturus esset, ita nemo per talem actum conditionatum est malus.

Obji. 4. actus appetens pœnam supra culpam est inhonestus, quia certum est culpam esse detestabiliorem quàm pœnam, sed attritio ex metu pœnæ appetit pœnam supra culpam, quia movetur pœnâ, ut detestetur culpam, ergo. R. n. min. sicuti enim si amem Deum propter gratiam mihi datam, non ideo appetio gratiam supra Deum, nec ideo apprehendo tantum boni esse in gratia, quantum est in Deo, ita hic. Ratio à priori est, quia objectum in se vel optimum vel pessimum potest amari vel odio haberi propter diversa motiva, quorum singula quamvis non adæquent totam amabilitatem vel odibilitatem objecti, tamen sint sufficientia ad excitandum amorem vel odium, eò quòd de se reddant simpliciter dignum amore vel odio, quamvis alia abessent, ergo non est opus, ut apprehendam tantam esse bonitatem vel malitiam in motivo, quanta est in objecto amabili vel odibili.

Inst. 1. Attritus plùs fugit pœnam quàm culpam, & pœna est ipsi horribilior quàm culpa, nam quod propter alterum oditur, minùs oditur, inquit S. Th. in supplem. q. 2. a. 1. ad 4. atqui hoc est inordinatum, ergo. R. n. min., nam quamvis exercitè vi hujus actûs plùs fugiat pœnam quàm culpam, tamen signatè non dicit pœnam esse plùs fugiendam, neque positivè excludit alium actum, quo culpa plùs fugiatur quàm pœna, sed talem actum comparitur, imò per hoc ad talem actum disponitur. Et hoc non esse

805

806

esse inordinatum, patet in simili, si enim moderatè fugiam mortem, quæ est pœna peccati, non ideo inordinatè ago, quamvis isto actu non fugiam peccatum: item si moderatè amem hominem creatum à Deo, non est inordinatio, quamvis isto actu non amem Deum. Et ratio horum omnium à priori est, quia non semper tenemur elicere actus perfectissimos. Deinde inordinatum non est plùs fugere pœnam quam culpã, si simul re ipsa plùs fugiatur culpa quam pœna, quod hìc fit, nam attritus odit quidem magis pœnam quam culpam, in quantum ex odio pœnæ movetur ad odium culpæ, sub alia tamen ratione etiam magis odit culpam quam pœnam, in quantum ordinat odium pœnæ ad odium culpæ, eoque utitur tanquam medio ad fugiendam culpam.

807

Inst. 2. Inordinatum est ordinare Deum ad creaturam tanquam medium ad finem, ergo etiam inordinatum est ordinare detestationem culpæ ad evitacionem pœnæ, hoc autem facit attritus, nam ideo detestatur culpam, ut effugiat pœnam, ergo. & Dato antec., n. conf. Omnis creatura necessariò est propter Deum, & Deus necessariò est finis ultimus omnis creature, hinc inordinatum esset velle usurpare Deum tanquam medium ad creaturam: è contrã tam detestatio peccati quàm evitatio pœnæ potest esse vel medium vel finis proximus ad aliquid aliud obtinendum, dummodo ultimatè tendant ad Deum, detestatio autem peccati est medium aptissimum ad evitacionem pœnæ, ergo non est inordinatum ordinare detestationem peccati ad evitacionem pœnæ tanquam ad finem proximum. *Dixi*, Dato antec. nam honestè

neſtè opto Deum mihi ; item honeſtè ordino
 amorem Dei ad meam beatitudinem , & hoc
 ſenſu ordino Deum ad me tanquam ad finem ,
 cui proximum, ita ut non excludam, quominus
 ſaltem per alium actum me ipſum ordinem ad
 ipſum Deum tanquam finem , cui, ultimatium.
 Et univerſaliter loquendo, non eſſe inhoneſtū
 aliquid perfectius ordinare ad aliquid minùs
 perfectum, patet in plurimis exemplis, nam in-
 carnatio Verbi eſt ordinata ad ſalutem homi-
 num; Sacrificium Miſſæ ſæpe ordinatur ad ob-
 tinendam ſanitatē corporis &c., cū tamen
 illa priora ſint ſecundū ſe perfectiora.

Obji. 5. Actus diſponens ad juſtificationem
 debet eſſe voluntarius, ſed attritio ex ſolo metu
 concepta non eſt voluntaria, quia metus cauſat
 involuntarium, ergo. R. n. min., cujus pro-
 bationem diſtinguo, metus cauſat involunta-
 rium ſimpliciter, n. involuntarium ſecun-
 dū quid, tranſeat, ſicuti autem voluntarium
 ſimpliciter ſufficit ad peccandum, ita etiam ad
 honeſtè & ſupernaturaliter operandum. *Dixi,*
tranſeat, quia ſic debet ſubdiſtingui: Metus re-
 trahens in oppoſitum illius, ad quod voluntas
 inclinatur, cauſat involuntarium ſecundū quid,
 c. Metus impellens ad illud ipſum, ad quod
 voluntas de facto inclinatur, cauſat involunta-
 rium ſecundū quid, n., nam hic metus potiùs
 auget voluntarium, non aliter ac concupiſcen-
 tia, ſicuti ſi libenter volenti bibere miner mor-
 tem. niſi bibat, hic metus morris non facit po-
 tum minùs ſed potiùs magis voluntarium. Jam
 verò metus gehennæ movet ad hoc ipſum, ad
 quod voluntas de facto inclinatur, nam voluntas
 pœnitentiæ inclinatur ad delendum peccatum,
 ex

808

ex isto enim fine atteritur & pœnitet, ergo metus gehennæ movet secundum inclinationem voluntatis, ergo non causat involuntarium nequidem secundum quid.

810

Inst. 1. Qui ex metu naufragii projicit merces, habet metum impellentem ad projiciendas merces, & tamen hic metus causat involuntarium secundum quid, ergo metus etiam impellens causat involuntarium. *R.* Per metum impellentem intelligo eum, qui movet ad hoc, quod est conforme inclinationi voluntatis, metus autem impellens ad ejiciendas merces ordinariè est contra inclinationem voluntatis, qui ratione damni vellet non ejicere, adeoque metus ille ratione damni ex projectione securum debet dici esse absolutè retrahens, & contra inclinationem voluntatis, adeoque causat projectionem secundum quid involuntariam. Quod si abesset metus damni, uti si alius simul navigans ei sponderet dare triplum pretium mercium projectarum, projectio nequidem secundum quid esset involuntaria.

810

Inst. 2. Talis projiciens merces communiter est ita dispositus, ut vellet non projicere, si abesset periculum naufragii, ergo similiter qui ex metu gehennæ vult abjicere peccatum, sic est dispositus, ut vellet non abjicere, si abesset metus gehennæ. *R. n. conf.* In projiciente merces est metus damni retrahens à projectione mercium, uti supponitur: è contra in attrito est metus tantum impellens. Deinde illa inefficax volitio retinendi merces est licita, & non impedit, quo minus re ipsa projiciat merces ac evadat periculum, ergo in projiciente merces stat cum efficace volitione projiciendi inefficax volitio non pro-

projiciendi, si abesset metus damni, sicuti in ægroto stat volitio inefficax non sumendi medicinam, si aliter posset obtinere sanitatem, quia nempe hæc volitio inefficax non impedit, quominus medicina operetur sanitatem. In attrito est oppositum, nam volitio illa non abjiciendi peccatum, si abesset metus gehennæ, esset novum peccatum, sicque impediret, quominus abjiceretur peccatum & evaderetur gehenna, ergo cum efficace attritione ex metu gehennæ non stat volitio etiam inefficax non abjiciendi peccatum, si abesset metus gehennæ. Itaque ad dignoscendum, an volitio efficax alicujus objecti patiatur secum volitionem inefficacem oppositi, hæc est universalis regula, quòd tum patiatur, si non impediatur obtentionem finis per volitionem efficacem intenti, E contra si hanc obtentionem impediatur, non compatiatur sed excludat.

Inst. 3. Ergo attritio ex metu gehennæ nihil habebit involuntarii. *R.* Nihil habebit involuntarii ratione metus gehennæ, qui impellit, c. ratione alterius displicentiæ inefficacis, quæ committatur. n. cum enim omnis actus honestus fuge, qualis est attritio, imò & contritio, sit partim detestatio mali inhonesti, cujus fruitio est delectabilis, partim prosecutio boni honesti, cujus adeptio est molesta, communiter habet aut saltem habere potest concomitantem aliquam inefficacem displicentiam carendi isto delectabili & amplectendi illud molestum: hæc tamen inefficax displicentia non debet explicari per comparisonem serviliter servilem, per quam vellet peccatum, nisi metueret gehennam, sed per inefficax desiderium obtinendi ju-

81A

Gif-

stificationem sine difficultate & molestia, quod inefficax desiderium est homini quasi connaturalis & necessarium, ideoque nullum est peccatum.

812

Obji. 6. Maximè naturale est homini sperare præmium & timere pœnam, ergo actus ex spe præmii vel ex timore pœnæ non est supernaturalis. *R.* Maximè naturale est homini sperare & timere, sicuti oportet utiliter ad salutem, n. sine utilitate ad salutem, c. antec. & n. conf., nam etiam maximè naturale est homini diligere parentes, alere filios, conservare propriam vitam, timere offensam Dei, & tamen illi actus possunt esse supernaturales. Ratio à priori est, quia gratia non est contra, sed secundùm naturam rectè ordinatam, ergo ex hoc, quòd aliquid sit secundùm naturam rectè ordinatam, non sequitur non esse secundùm gratiam & supernaturale. Ut tamen ejusmodi actus sint supernaturales, non debent sistere in fine naturæ seu in conformitate cum natura rationali præcisè, sed debent ulteriùs tendere ad conformitatem cum ratione æternâ, uti n. 792. dictum est.

Inst. Talis attritio concepta ex metu gehennæ, pro objecto materiali habet peccatum, pro formali habet malum gehennæ, ergo totum ejus objectum est merè naturale, ergo ipsa non est supernaturalis. *R.* Pro formali habet malum gehennæ, sed propositum per fidem supernaturalem, tanquam infligendum à Deo, secundùm dicta l. 2. n. 19., sub quo respectu habet rationem objecti supernaturalis, & ideo in actum circa tale objectum influet principium supernaturale, quod in istum actum refundet supernaturalitatem.

813

Q. 110. An attritio ex spe præmii, vel etiam ex

Jola

solo metu pœna concepta possit esse absolute efficax,
 & positive excludere omnem voluntatem peccandi.
 R. Negant Lupus, Farvacq. Castoriensis, Le Drou &
 alii, sed affirmandum est, & probatur 1. auctorita-
 te, nam Exodi 20. v. 20. dicitur, venit Deus, ut terror
 illius esset in vobis & non peccaretis. Psalmo III. v. 1.
 Qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis.
 Proverb. 14. v. 16. Sapiens timet & declinat à ma-
 lo. Eccli. 1. v. 27. Timor Domini expellit peccatum.
 Joannis 5. significavit Christus timore mali pos-
 se excludi voluntatem peccandi, quando lan-
 guido dixit, Jam noli amplius peccare, ne deterius
 tibi aliquid contingat. Trident. sess. 6. can. 8. ait, si
 quis dixerit gehennæ metum, per quem ad miseri-
 cordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à
 peccando abstinemus, peccatum esse &c. anathema
 sit, ergo secundum Trid. vi metus gehennæ à
 peccando abstinemus. sess. 14. De pœn. c. 4. dicit,
 quod attritio prout distincta à contritione, di-
 sponat ad gratiam in Sacramento impetrandâ,
 si voluntatem peccandi excludat, ergo supponit
 posse excludere, alioquin loqueretur ineptè, ac
 si dicerem, homo est brutum, si sit equus; homo
 potest volare, si habeat alas ad volandum aptas,
 suppositio enim talium conditionum est de re
 impossibili vel apertè falsa. Alexander VII. in
 Decreto, quod referam n. 875. dicit, Attritio
 que concipitur ex metu gehennæ, excludens volun-
 tatem peccandi, ergo manifestè supponit posse
 excludere SS. PP. nominatim Hieron. Cyprian.
 cum Origene, Basilius, Ambrosius, Prosper apud Le
 Dent à n. 62. docent timorem gehennæ posse ef-
 ficacem in ordine ad excludendam volun-
 tatem peccandi: & specialiter ita sensisse S. Aug.
 fusè defendit Bosco s. 3. concl. 3. sic enim l. 2. de
 Genesi

Genesi contra Manich. c. 28. ait, *Nihil sic retinet homines a peccatis, quemadmodum imminentis mortis cogitatio.* S. Th. 2. 2. q. 19. a. 2. O. ait, *Homines propter mala, quae timet, ad Deum convertitur etque inheret.* Q. 17. a. 8. O. *Aliquis introducit ad mandandum Deum per hoc, quod timens ab ipso puni cessat a peccato.* P. 3. q. 85. a. 5. O. *Tertius est motus timoris servilis, quo quis timore suppliciorum a peccatis retrahitur.* Catechismus Romanus De poen. c. 5. postquam locutus est de contritione perfecta, subdit, *quamquam si id minus consequi nobis liceat, ut perfecta sit, vera tamen & efficax contritio esse potest.* Et quod non intelligat contritionem imperfectam, attamen procedentem ex motivo charitatis, uti explicat *Le Drou* d. 4. c. 4. §. 5. *Intelligat attritionem ex inferiori motivo etiam poenarum conceptam, patet ex verbis, quae statim addit, saepe enim usu venit, ut quae sensibus subiecta sunt, magis quam spiritualia nos afficiant.* Accedit pius asceta, *Th. De Kempis* De imit. Christi. I. c. 24. *Bonum est, ut si necdum amor a malo te revocat, timor gehennalis coerceat.* Similiter S. *Isid.* 2. sent. c. 8. ait, *Ante necesse est timore converti ad Deum, ut metu futurarum poenarum carnales concupiscentiae vincantur.*

814

Probatur 2. Ratione, quia potest dari tale desiderium caeli, & talis metus inferni; qui determinet ad absolute adhibenda media necessaria pro obtinendo caelo & pro declinando inferno, si enim dari possit in homine tale desiderium boni temporalis & talis metus mali temporalis, qui determinet ad absolute adhibenda media necessaria pro obtinendo illo bono & pro evitando illo malo, multo magis respectu beatitudinis & damnationis aeternae, quae sciuntur

tur habere plus efficaciam ad movendum ratione majoris bonitatis vel malitiam suam: atqui medium obtinendi cœlum & declinandi infernum est fugere omne mortale, ergo potest dari desiderium cœli & metus inferni absolute determinans ad fugiendum omne mortale, ergo etiam dari potest attritio efficax ex illis motivis concepta. Itaque ratio à priori hæc est, quia intentio efficax finis infert electionem medii necessarij, sed attritio ex spe vel metu est intentio efficax obtinendi beatitudinem aut declinandi infernum, medium autem ad ista necessarium est vitare omne mortale, propter quod Deus negat beatitudinem vel infligit infernum, ergo attritio ex spe beatitudinis vel ex metu inferni infert electionem vitandi omne mortale.

Respondent 1. Metum tantum excludere peccata externa, non autem interna. *Contra est* 1. nam ratio allata n. 814. & reliqua argumenta probant excludere omnia mortalia, ergo etiam interna. 2. *Trid.* n. 795. relatum directe concludit contra *Lutherum*, uti manifestè ostendit *Le Dent* c. 1., sed *Lutherus* dicebat attritionem ideo hominem facere hypocritam, quia excluderet peccata tantum externa, ergo ex *Trid.* certum est attritionem excludere etiam peccata interna. 3. Ideo attritio potest excludere peccata externa, quia est voluntas efficax, v. g. vitandi gehennam, quæ incurritur per peccata externa, sed eadem gehenna incurritur etiam per peccata interna, ergo attritio etiam hæc potest excludere. 4. Superbia & hypocrisis excludunt peccata externa, sed attritio supernaturalis plus potest quàm illa, ergo potest excludere peccata etiam interna.

816. *Resp.* 2. Timorem poenæ posse excludere voluntatem peccandi, non ab animo attriti, sed tantum ab ipso actu attritionis. *Contra est* 1. Attritio supernaturalis nunquam in se est nec potest esse voluntas peccandi, ergo à se semper excludit voluntatem peccandi, ergo quando *Trid.* dicit, *Si voluntatem peccandi excludat*, non intelligit, si excludat ab actu attritionis, sed ab ipso attrito. 2. Saltem tunc, quando attritio in se non est voluntas peccandi, facere potest, ut à peccando abstineamus, ergo attritio potest etiam ab attrito excludere voluntatem peccandi. Conseq. patet, antec. autem definitur à *Trid.* sess. 6. can. 8. his verbis: *Si quis dixerit gehennam meritum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis delendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit* ex quibus verbis manifestum est nos ex metu gehennæ abstinere posse à peccando, adeoque hunc metum posse ab animo excludere voluntatem peccandi. 3. Attritio excludit ab attritione voluntatem peccandi, quia est nolitio peccandi, ergo etiam excludit ab attrito, qui habet istam nolitionem peccandi, in eodem enim attrito non potest simul esse nolitio & volitio peccandi.

817. *Resp.* 3. Attritionem ex metu excludere voluntatem peccandi, negativè tantum, sicut somnus vel ingens distractio. *Contra est* 1. attritio excludit, quia est actus positivus fugæ directè tendens in peccatum tanquam positiva detestatio illius ex hoc motivo, quia causat gehennam, ergo positivè excludit voluntatem peccandi. 2. Ideo excludit, quia est positiva nolitio peccandi, ergo positivè excludit.

Resp.

Resp. 4. Metum gehennæ non per se ipsum 818. immediatè, sed tantùm mediatè excludere voluntatem peccandi, quia movet ad charitatem, quâ omnis voluntas peccandi excluditur. *Contra est* 1. nam argumenta nostra, & præsertim illud n. 814. aliatum probat, quòd per se ipsum excludat. 2. Possum adjutus Dei gratiâ ita aversari aliquod malum, ut efficaciter nolim, quidquid potest mihi causare illud malum, ergo possum adjutus Dei gratiâ ita detestari gehennam, ut efficaciter nolim quodvis peccatum potens mihi causare gehennam. 3. *Alex.* VII. in Decreto, quod referam n. 875. dicit controversi, an attritio ex metu gehennæ excludens voluntatem peccandi *sine necessitate aequalis dilectionis Dei* sufficiat cum Sacramento, controversia autem erat de attritione proximè sufficiente & per se ipsam excludente voluntatem peccandi, ergo ex mente *Alex.* VII. potest talis attritio per se ipsam excludere voluntatem peccandi.

Obi. 1. *SS. Aug. Greg. Bernard. Tho. Bonav.* 819. dicunt solo timore non excludi voluntatem peccandi, nisi dilectio charitatis accesserit. &c. Plerumque loquuntur de timore serviliter servili. Quandoque tantùm volunt hominem per solum timorem non *perfectè*, non *purè*, non *fatis filialiter* converti ad Deum. Quandoque volunt solo timore sine Sacramento non obtineri gratiam, & speciatim quando commentantur in psalmos, significant in antiqua lege peccatum sine dilectione remitti non potuisse. Et unum ex his convenire, patebit consideranti omnes textus, quos fusè adducit *Le Dreu* totâ *diss.* 2.; & adhuc fusius expendunt *Ripal.* la De ente

ente supern. tr. 3. d. 22. f. 8. Bosco f. 3. cond. 3. Le Dent c. 5. §. 4. Francol. De dolore l. 1. c. 3. De cetero, quod aliquoties videtur insinuari, quasi semper peccatum sit operari ex timore & non ex charitate, defendi non potest, uti constat ex dictis, partim hic n. 796. partim l. 1. n. 691. & l. 2. n. 132. Unde si oppositum haberet S. Aug. aut alius è SS. PP. non esset audiendus, sed Ecclesia, uti dictum est l. 1. à n. 211.

820. *Inst. S. Tho. 2. 2. q. 19. a. 9. O ait, Timor servilis non est numerandus inter septem dona Spiritus Sancti, licet sit à Spiritu sancto, quia, ut August. dicit, potest habere annexam voluntatem peccandi. Et l. 1. q. 107. a. 1. ad 2. Lex vetus dicitur prohibere malum non animum, quia qui timore pœnae ab aliquo peccato abstinet, non simpliciter ejus voluntas à peccato recedit, sicuti recedit voluntas ejus, qui amore justitiæ abstinet à peccato, & propter hoc lex nova, quæ est lex amoris, dicitur animum cohibere. R. Ad 1. Alensis, S. Bonav. & alii numerant timorem servilem inter septem dona Spiritus S., videturque idè apertè tenere S. Aug. cum Bellarm. De pecc. l. 2. c. 17., unde quando ipse & S. Th. dicunt non esse donum Spiritus S., è quòd possit habere adjunctam voluntatem peccandi, intelligunt timorem aliquem, bonum quidem (& qui sit actus virtutis, secundùm dicenda n. 87. in obj. 9.) sed ex vi modi tendendi inefficacem, cum è contrariè ad donum Spiritus S. requiratur, secundùm S. Th. 1. 2. q. 68. a. 8. O., ut faciat promptum ad actum excellentes, adeoque ut sit actus efficax, qualis etiam debet esse attritio, ut voluntatem peccandi excludat. Ad 2. Etiam ibi loquitur de timore quodam inefficace, qui non determinat*

ad efficaciter volendam liberationem à culpa,
vel ad efficacem vitæ emendationem.

Obji. 2. Spes & timor sunt virtutes tantum
particulares oppositæ particularibus tantum
vitiis, ergo non excludunt omnia peccata. R. n.
antec., nam spei opponitur contemptus beati-
tudinis sive neglectus finis ultimi, qui inest o-
mni mortali : item spei beatitudinis & timori
gehennæ opponitur temeritas, quâ homo se
exponit periculo amittendæ beatitudinis & in-
currendæ gehennæ, quæ temeritas etiam inest
omni mortali.

Obji. 3. Desiderium præmii & metus pœnæ
reducuntur ad spem, sed spes stat cum aliquo
peccato mortali, ergo. R. Habitu spei stare
cum peccato mortali non opposito fidei aut
spei; item actum spei stare cum peccato mortali
habituali; denique etiam aliquis actus imper-
fectus spei stat cum peccato mortali actuali, sed
actus spei principalis & famosus, qui est deside-
rium absolutè efficax beatitudinis, ex quo con-
cipi debet attritio, non stat cum mortali actuali,
alioquin absolutè efficaciter vellet beatitudi-
nem, uti supponitur, & non vellet absolutè effi-
caciter, quia non vellet absolutè negationem
peccati, quæ est medium necessarium ad beati-
tudinem.

Inst. Actus fidei vel alterius similis virtutis
non excludit omnem voluntatem peccandi,
ergo nec actus spei. R. 1. Actus fidei vel alte-
rius similis virtutis non excludit omnem vo-
luntatem peccandi, ergo nec actus charitatis.
R. 2. n. conf. quia exclusio sive noli io omnis
mortalis est medium proximè necessarium ad
obtinendam beatitudinem, in quam tanquam

finem efficaciter tendit spes, non item ad elic-
endum actum fidei vel alterius virtutis.

823. *Obj.* 4. Attritio fundatur in amore suū, sed amor suū non excludit omnem voluntatem peccandi, homines enim peccant, quia se amant. R. Attritio fundatur in amore suū ordinato, quo quis sibi absolutè vult bene esse in altera vita, & in amore suū inordinato, vel tali, quo quis sibi non absolutè vult bene esse, sed tantum respectivè ad hoc vel illud commodum hujus vite, n. Medium autem necessarium ad hoc, ut absolutè bene sit in altera vita, est evitatio omnis peccati mortalis, ergo ordinatus amor suū, in quo fundatur attritio, determinat ad evitacionem omnis mortalis.

824. *Obj.* 5. Attritus ex metu gehennæ non odit peccatum sed tantum gehennam, nam illud propriè non habetur odio, quod non propter se sed propter aliud odio habetur, sic homo propriè non habetur odio, quando propter peccata habetur odio, sed sola peccata odio habentur, ita *Castoriensis, & Conf. ex S. August. Epist. 144. Qui gehennas metuit, non peccare metuit sed ardere.* R. n. aff. quod si verum esset, non peccarem odiendo proximum, quia mihi damnum intulit, tum enim non odissem proximum, sed tantum damnum meum, quod damnum licitè odi. Itaque licet per attritionem ex metu gehennæ non oderim peccatum propter se, sed propter pœnam, attamen simpliciter odi peccatum, nam hoc ipso, quod oderim propter pœnam, odi malitiam, quæ causat pœnam, & malitia illa est ipsum peccatum, ergo odi ipsum peccatum. *Ad Conf. dico S. Aug. ibi loquitur de timore cum servilitate.*

Inst. Sic attritus non odit peccatum secundum se, sed tantum prout est inducens poenam, ergo non tollitur affectus ad peccatum secundum se, quia hic affectus non potest tolli nisi per displicentiam peccati secundum se. R. n. conf. & eius probationem, quamvis enim displicentia peccati propter poenam non opponatur directe peccato secundum se, attamen opponitur indirecte, in quantum peccatum secundum se est inductivum poenae, quae efficaciter displicet. Vide dicenda n. 867.

Obji. 6. Propria ratio malitiae in peccato 825. mortali consistit in contemptu amicitiae Dei, sed spes & timor non habent ullam repugnantiam cum contemptu amicitiae Dei, quia hanc non considerant sed sola charitas, ergo sola charitas habet repugnantiam cum propria ratione malitiae, quae est in mortali. Ita *Farvacq.* R. 1. n. min. quamvis enim spes & timor non considerent, sed praescindant ab amicitia Dei, tamen per hoc excludunt contemptum amicitiae Dei, quia cum hoc contemptu stare non possunt, alioquin efficaciter speraretur & non speraretur beatitudo, efficaciter fugeretur & non fugeretur infernus, nam scitur per fidem, quod contemptus amicitiae Dei, qui inest mortali, demereatur beatitudinem & mereatur infernum. R. 2. Dist. min. spes & timor non habent repugnantiam cum contemptu amicitiae positivae Dei, transeat, amicitiae negativae, sive non inimicitiae, subdist., non habent repugnantiam directam, transeat, indirectam, n. min. & conf., nam volendo obtinere beatitudinem & fugere gehennam debent saltem indirecte velle habere Deum non inimicum, quia per fidem

scitur Deum alioquin negaturum beatitudinem & illaturum gehennam, volitio autem efficax non inimicitiae Dei excludit omnem volitionem peccandi mortaliter, quia scitur Deum per omne mortale reddi inimicum.

826. *Obji. 7.* Desiderium efficax caeli stat cum mortali actuali, ergo attritio concepta ex efficace desiderio caeli non excludit omnem voluntatem peccandi. *Prob. antec.* Quando finis obtineri potest duplici medio, tum ad desiderium efficax finis non est opus velle determinate unum, sed sufficit velle efficaciter hoc vel illud, atqui caelum est finis, & caelum obtineri potest duplici medio, nempe vel non peccando, vel si pecces, in fine vitae poenitendo, ergo ad desiderium efficax caeli non requiritur determinate ut nolim peccare, sed sufficit, ut vel nolim peccare, vel si velim peccare, ut velim in fine vitae poenitere, ergo desiderium efficax caeli stat cum voluntate actuali peccandi. *R.* Desiderium efficax & absolutum caeli stat cum mortali actuali, n. desiderium suo modo efficax sed non absolutum, c. antec. & n. conf. Jam vero ad attritionem, quae ad justificationem disponat, requiritur desiderium efficax & absolutum caeli, id est desiderium non restrictum ad certum medium vel ad certum tempus, sed perfectum & se extendens ad omnia media necessaria, & ad omne tempus, debet enim esse propositum nunquam peccandi imposterum: qui autem vult nunc peccare & poenitere pro futuro, non habet respectu temporis praesentis desiderium efficax caeli, sed tantum respectu futuri, sicuti ille non dicitur absolute efficaciter desiderare sanitatem, qui cum possit, non vult nunc adhibere medicinam, quamvis efficaciter velit adhibere postea,

postea. Et idem est dicendum de attritione ex metu gehennæ, ut enim hic metus possit causare attritionem sufficienter disponentem ad justificationem, debet esse absolutus & non restrictus ad certum medium vel tempus.

Obi. 8. Qui habet voluntatem efficacem vitandi omne peccatum, debet potius eligere infernum quàm peccatum, sed nemo potest ex odio inferni potius eligere infernum quàm peccatum, ergo. R. 1. absolutè n. maj. quia secundum dicta r. 732. ad contritionem, & consequenter etiam ad volitionem efficacem vitandi omne peccatum, non est opus comparare peccatum cum inferno, nec est opus proposito se extendente ad hypothèses, quæ nunquam contingunt, sed satis est habere actum absolutum, cum quo stare non possit actualis volitio ullius peccati. R. 2. Dist. maj. qui habet voluntatem efficacem vitandi omne peccatum, debet potius eligere infernum quàm peccatum, si per illam suam voluntatem appetit peccatum super omnia, transeat, si non appetit super omnia, n., attritio autem non necessariò ex sola vi sua appetit peccatum super omnia, cum non appetit supra motivum suum, quod est poena, & a quo habet vim & efficaciam suam. Tamen R. 3. Dist. min. Nemo potest ex odio inferni apprehensi cum reatu condignitatis ad infernum, potius eligere infernum quàm peccatum, n., nemo potest ex odio inferni apprehensi sine reatu condignitatis ad infernum potius eligere infernum, quàm peccatum, c., tum enim desinit habere circumstantiam, sub qua nunc habet rationem motivi universalis: Jam verò talis attritus ex metu inferni apprehensi cum reatu condignitatis ad infernum eligeret

præ peccato infernum apprehensum sine reatu condignitatis ad infernum, talis enim actus est honestissimus, neque in illo est ulla repugnatio.

828. *Inst.* 1. Si ita attritus poneretur in circumstantiis, in quibus vel esset peccandum vel esset eligendus infernus, ipse potius peccaret quam eligeret infernum, si enim ideo voluntas determinetur per metum inferni ad vitandum peccatum, quia vitare peccatum est medium ad vitandum infernum, ergo si committere peccatum esset medium ad vitandum infernum, voluntas etiam vi metus inferni determinaretur ad committendum. *R.* *Dist.* antec. potius pecceret, ex vi alterius actus, quem tum forte haberet desinente attritione, transeat, ex vi attritionis, quam jam habet, *n.* antec. & ejus probationem, nam aliunde in peccato appareret intrinseca inhonestas caulativa inferni: unde sicuti desiderium sanitatis determinat quidem ad consulendum Medicum, attamen non determinaret, si appareret eam consultationem esse peccatum mortale, ita à pari, quia appareret inhonestas peccati, per quod vitari deberet infernus, voluntas bene disposita non deberet moveri ad vitandum infernum per tale medium, sed deberet potius permittere sequi infernum. Ratio à priori est, quia volitio efficax alicujus finis non necessario determinat ad quodvis medium, sed ad medium hic & nunc moraliter possibile & secundum præsentem dispositionem eligibile, ergo quamvis infernus efficaciter moveat ad vitandum peccatum, non potest determinare ad peccandum, ut vitetur infernus, quia peccatum per alium actum cognoscitur esse illicitum & secundum præsentem dispositionem ineligibile.

Inst. 2. Saltem peccatum, quod committo 829.
 per volitionem peccandi, si non esset infernus, non potest efficaciter retractari per attritionem conceptam ex metu inferni, ergo attritio ex metu inferni adhuc non potest excludere omnem voluntatem peccandi. *Prob. ant.* Ut illud peccatum retractem, debeo ita esse dispositus, ut non peccarem, si infernus non esset, sed non sum ita dispositus per attritionem ex metu inferni, nam meum peccatum fuit volitio peccandi, si infernus non esset, ergo peccatum illud non potest retractari per attritionem conceptam ex metu inferni. *R. n. ant.* ad probationem n. min. nam quamvis antehac, quando aberat ordinatus metus inferni, habuerim hunc actum, peccarem, si infernus non esset, nunc tamen detestor illum actum ex metu ordinato inferni, ergo nunc non habeo actum, quo velim peccare, si infernus non esset, sed habeo actum, quo volo simpliciter non peccare, quia infernus est. An autem, si infernus non esset, rei ipsa essem vel non essem voliturus peccare, ab illo nunc præscinditur, nec est opus determinare alterutram partem.

Inst. 3. Saltem ille, cui sua prædestinatio esset revelata, non posset efficaciter atteri propter metum inferni; uti nec ille, qui invincibiliter putaret se debere vel peccare, vel ne peccaret, eligere infernum; denique nec ille, cujus peccato Deus non vellet infligere infernum. *R.* concedendo omnia assumpta, quia tales non possunt moveri metu inferni: Non primus, quia certus est se non damnandum: Nec secundus, quia simpliciter non timeret infernum, sed præ peccato amaret tanquam leviolem: Nec tertius, quia

quia sciret se in actu secundo non promereri infernum. His autem non obstantibus manet verum, quod diximus, nempe attritionem, ubi concipi potest & concipitur ex metu gehennæ, posse esse efficacem, & excludere omnem voluntatem peccandi, sicuti secundum omnes bonitas Dei est motivum sufficiens ad efficaciter excludendam omnem voluntatem peccandi, & tamen in homine, qui putaret Deum velle, ut jurando leve mendacium impediret gravissima peccata aliorum, bonitas Dei non posset excludere voluntatem pejerandi, quia non posset nunc movere ad non jurandum mendacium, quod per accidens est.

831. *Colliges.* Quæ dicta sunt de attritione ex metu poenæ æternæ, etiam valere de attritione ex metu poenæ temporalis prout infligendæ à Deo propter peccatum mortale aut veniale, nam potest etiam esse honesta, supernaturalis & efficax, uti rectè Carden. in 2. crisi d. 36. n. 2.

832. *Q. 112. An attritio se solâ justificet sine aliquo Sacramento.* R. negativè, nam *Trid.* sess. 14. c. 4. expressè dicit attritionem ex consideratione turpitudinis peccati aut ex metu gehennæ vel poenarum, per se non perducere ad justificationem extra Sacramentum; idem autem insinuat de omni alia attritione, v. g. quæ concipitur ex motivo religionis, obedientiæ &c: quia re ipsa tum concipitur ex turpitudine peccati propter oppositionem ad istas virtutes. Deinde *Trid.* ididem attritionem, quæ non justificat, opponit contritioni conceptæ ex motivo charitatis, de qua sola dicit, quòd justificet, ergo intelligit de omni attritione, quæ non est ex motivo charitatis. Ratio autem est, quia attritio concepta ex

ex motivo infra charitatem non est perfecta conversio ad Deum, cum non habeat Deum pro objecto, cui, ergo cum mortale fuerit perfecta aversio à Deo, conveniens non fuit, præscindendo à privilegio ex merito Christi per aliquod Sacramentum nobis concessio, ut per attritionem recuperaretur gratia & amicitia Dei: Hinc audiendus non est *Rayn.* in *Heter.* tom. 15. p. 1. s. 1. pu. 5. n. 6. putans actum pœnitentiæ specialis, quo quis detestatur peccatum ex motivo reparandi jus divinum læsum, justificari sine Sacramento Ex hæcenus dictis,

Inferes 1. Attritionem & contritionem in 833.
his convenire, quòd utraque sit actus, 1. Voluntarius & liber. 2. Honestus. 3. Supernaturalis. 4. Qui possit esse efficax. 5. Includens detestationem & dolorem formalem. 6. Includens propositum aliquod saltem virtuale non peccandi de cætero. Disconveniunt autem 1. & principaliter in motivo, quòd respectu contritionis est bonitas Dei absoluta, respectu attritionis ordinariè est motivum virtutis charitate inferioris. 2. In causa suâ, nam contritio est ab habitu charitatis theologice vel ab alio auxilio supplente habitum: attritio ab habitu inferioris virtutis vel ab auxilio similiter supplente. 3. In effectu seu modo disponendi ad gratiam, nam contritio justificat sine Sacramento, non autem attritio.

Inf. 2. Attritionem, quæ concipitur ex spe præmii vel ex metu pœnæ, communiter saltem esse spem præmii vel metum pœnæ: conceptus tamen attritionis salvari posset, præscindendo ab eo, quòd in præmium vel pœnam tendat tanquam in objectum, quòd, & materiale, est enim

nim fatiſ, quòd quaſi fundentur in ſpe vel metu, in quantum procedunt ex motivo boni, quod eſt in præmio, aut mali, quod eſt in pœna, quod motivum proponitur cum ſpe vel metu.

834. *Inf. 3.* Contritionem ſic poſſe definiri, quòd ſit deteſtatio & dolor de peccato propter abſolutam bonitatem Dei ſuper omnia dilecti: attritionem autem, quòd ſit deteſtatio & dolor de peccato ex motivo turpitudinis peccati, præmi aut pœnæ.

835. *Q. 112.* *An attritio concepta ex inferiore motivo quam charitatis, ſufficiat cum Sacramento ad iuſtificationem.* *R.* Affirmativè, nam I. ita docent Concilia & præſertim *Tridentinum*. 2. Idem tenent *SS. PP.* & ſpecialim *S. Auguſtinus*. 3. Idem tenent *S. Thomas*. 4. Idem tenent Authores & Theologi plurimi, oppoſitum autem tenent reſpectivè pauci. 5. Idem probat praxiſ Eccleſiæ & communis ſenſus fidelium. 6. Ratio idipſum evincit. Hæc omnia jam ordine declarabuntur.

836. *Q. 113.* *Quomodo ex Conciliis, & præſertim ex Tridentino probetur, quòd attritio ſufficiat cum Sacramento.* *R.* *Franciſcus Pinthereau* in libello, De attritionis ſufficiencia, à pag. 157. oſtendit Concilium *Africanum & Florent.* ita docuiſſe: ſed ſufficiet ſolius *Tridentini* authoritas, ex quo probatur I. nam ſecundùm *Trid.* contritio in genere, prout præſcindit à perfectâ & imperfectâ, eſt pars Sacramenti pœnitentiæ, ergo etiam attritio. *Conſ.* patet, quia *Trid.* attritionem vocat contritionem imperfectam. *Ant. autem prob.* nam *Trid.* ſeſſ. 14. De pœn. c. 3. ait: *Sunt autem quaſi materia huius Sacramenti, ipſius pœnitentiſ actus nempe contritio &c.* Et poſtea c. 4. contritionem, que primum locum inter dictos pœnitentiſ actus

actus habet, dividit in perfectam & imperfectam & ad hanc dicit spectare attritionem conceptam etiam ex gehenna & poenarum metu, ergo etiam hæc attritio, secundum *Trid.*, est pars Sacramenti poenitentiae, si nempe cætera etiam habeat, quod sit supernaturalis & voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, uti ibidem additur. *Prob. 2.*, nam *Trid.* ibidem c.4. loquens de contritione perfecta per charitatem dicit, quod hominem extra Sacramentum iustificet, ac subdens de contritione imperfecta seu attritione concepta ex motivo turpitudinis peccati vel metu gehennæ, sic habet, *Quamvis sine Sacramento Poenitentia per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentia impetrandam disponit*, ergo secundum *Trid.* attritio conjuncta cum Sacramento iustificat.

Respondent 1. Trid. velle, quod remotè disponat ad gratiam in Sacramento, quod inde colligitur, quia utitur exemplo Ninivitarum, qui timore concussi poenitentiam egerunt & misericordiam à Domino impetrarunt, talis autem timor non fuit nisi remotè dispositio ad gratiam, uti omnes fatentur. *Contrà est 1. Trid.* vult attritionem habere illam vim disponendi in Sacramento, quam vim negat ipsam habere extra Sacramentum, uti patet ex verbis, sed tantum negat ipsam extra Sacramentum habere vim proximè disponendi, certum enim est ex dictis numero 832. quod extra Sacramentum remotè disponat ad gratiam, cum disponat ad contritionem perfectam, ergo *Trid.* vult in Sacramento habere vim proximè disponendi. 2. Attritio secundum *Trid.* habet talem vim disponendi ad gratiam.

tiam cum Sacramento, qualem vim habet contritio sine Sacramento, uti patet legenti contextum, sed contritio secundum *Trid.* habet vim proximè disponendi ad gratiam sine Sacramento, ergo eandem habet attritio cum Sacramento. 3. *Palav.* in historia *Trident.* l. 12. c. 10. n. 26. fatetur ante sess. 14. disceptatum esse, an attritio posset esse sine dilectione Dei, & cum aliqui judicarent vix posse esse, decretum sic fuerat conceptum, ut expressè diceret contritionem imperfectam sufficere ad constitutionem Sacramenti, eò quòd sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix posset, cui doctrinæ cum se opposuissent aliqui, dicentes posse esse sine dilectionis motu, & variarent sententiæ, decretum sic positum est, uti nunc habetur in c. 4., ergo, sicuti sermo fuerat, ita Concilium ibi loquitur de dispositione proxima ad gratiam. 4. Quando *Trid.* sess. 6. c. 6. dicit hominem per fidem, spem, inchoatam dilectionem, detestationem peccati disponi ad justificationem in Baptismo, loquitur de dispositione proxima, ergo etiam quando in sess. 14. c. 4. dicit hominem per attritionem disponi ad justificationem in Sacramento Pœnitentiæ, loquitur de dispositione proxima, nam utroque loco loquitur similiter, & neutro addit, Tò proximè, sed necessariò intelligit, alioquin nihil diceret tanto Concilio dignum, cum pateret esse remotam. 5. *Trid.* initio sess. 14. profiteretur se, quamvis in sess. 6. c. 14. multa dixisset de Sacramento Pœnitentiæ, attamen hic daturum exactiorem & plenioram doctrinam de eo, hoc autem non fecisset, si attritionem putasset esse tantum dispositionem remotam, & hoc nullo verbo insinuasset, sed potius

potius oppositum, sic enim totam ferè Ecclesiam in perniciosissimum errorem induxisset. 6. Quod de Ninivitis additur, nihil ad rem facit, nam *Trid.* tantum dicit impetrâsse misericordiam pro remissione pœnæ, & isto exemplo tantum voluit probare timorem esse motum bonum ac supernaturalem, uti patet ex verbis statim subjunctis: *Quam ob rem falsò quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia docuit nec sensit.* Vide dicenda n. 886.

Resp. 2. *Trid.* loqui de attritione, quæ simul 838. sit ex motivo charitatis aut ex amore Dei super omnia, sed imperfecto. *Contrà* est, quia hæc interpretatio, inquit *Gonet* d. 7. nu. 40. apertè repugnat Concilio, nam 1. *Trid.* loquitur de illa attritione, quam dicit concipi, vel ex turpitudine peccati, vel ex gehennæ & pœnarum metu, ergo non loquitur de illa, quæ simul est ex motivo charitatis. 2. Loquitur de attritione, prout opposita contritioni, quam dicit charitate perfici, uti manifestum est ex contextu, ergo loquitur de attritione, quæ nequidem partialiter est ex motivo charitatis, hæc enim re ipsâ perficitur charitate, nec motivum charitatis ullâ ratione pugnat cum aliis motivis, sed ab illis potius juvatur. 3. Loquitur de illa attritione, quam *Lutherus* negabat esse honestam & supernaturalem, ibi enim agit contra *Lutherum* & a seculas, uti manifestè ostendit *Le Dent* c. 1. conferens verba *Lutheri* cum oppositis verbis *Tridentini*: *Lutherus* autem non negabat attritionem, si partialiter foret ex motivo charitatis, esse honestam & supernaturalem, sed id tantum

tum negabat de attritione, quæ esset ex sola spe vel metu, ergo.

839. *Resp.* 3. *Palav.* nu. 25. *P. Trid.* tantum intendisse probare contra Hæreticos, timorem pœnæ non semper esse inhonestum: nec voluisse ferre sententiam circa sufficientiam attritionis. *Contra est*, quamvis primario illud intenderint contra Hæreticos, neque voluerint authenticè per Canonem definire aliquid circa sufficientiam attritionis, tamen secundario & ex occasione in Capitibus agunt de attritione, & sufficienter docent sufficere cum Sacramento, uti jam ostensum est.

840. *Obji.* 1. *Trid.* sess. 6. c. 6. præter spem, ad Sacramentum Pœnitentiæ prærequirit actum, qui Deum tanquam omnis justitiæ fontem diligere incipiamus, ergo requirit dilectionem initialem, que sit partialiter ex motivo charitatis. *R.* Dato antec. n. conseq., nam non requirit actum, quo perfectè diligamus, sed quo incipiamus perfectè diligere, atqui incipimus perfectè diligere per actum cujuscunque virtutis, quo Deum ut finem ultimum nobis concupiscimus: unde sicuti *timor Domini* dicitur *initium sapientiæ*, non quòd ille timor sit sapientiæ, sed quia ducit & disponit ad sapientiæ, ita actus omnis vir ut dicitur esse initium perfectæ dilectionis: Quod de actu timoris expressè dicitur *Eccli. 25. v. 16. Timor Dei initium dilectionis ejus*: Et idem est de spe beatitudinis. Hoc manifestè significat *Trid.* ibidem addens nos debere incipere diligere Deum, non dicit tanquam summum bonum in se, sed tanquam *omnis justitiæ fontem*, id est, gratiæ nobis dandæ, sicque diligimus Deum ut bonum nobis, & disponimur ad diligendum ut in

se bonum: hinc S. Th. 1. 2. q. 40. a. 7. O. ait: *Ex hoc, quod per aliquem speramus nobis posse provenire bona, movemur in ipsum sicut in bonum nostrum, & sic incipimus ipsum amare*, ergo cum omnis attritio nostra sit spes vel funderetur in spe, etiam est actus, quo incipimus diligere Deum: Cujus ratio alia à priori est, quia perfecta charitas est finis omnis virtutis, secundum illud 1. ad Tim. oth. 1. v. 5. *Finis autem praecepti est charitas*: & in eum sensum dicit S. Tho. 2. 2. q. 23. a. 8. ad 3. *Charitas dicitur finis aliarum virtutum*; etiam ideo, quia omnis virtus tendit ad obtinendum finem ultimum, qui est amica conjunctio cum Deo, ergo manifestum est, quod omnis actus virtutis & consequenter attritio ex motivo talis virtutis elieita, sit inceptio perfectæ dilectionis Dei. Dixi, dato antec. nam *Trid.* isto loco agit de justificatione in genere, prout congruentissimè peragi potest vel in- vel etiam extra Sacramentum, subdit enim hominem per illos actus prævios esse optimè dispositum, etiam ad pœnitentiam illam, quæ prærequiritur ante Baptismum; nullo autem verbo insinuat dilectionem ex charitate necessariò prærequiri ante Baptismum, nam expressè dicit baptizandum postea moveri adversus peccata per odium, *aliquod*, id est, perfectum vel imperfectum: multò minùs ibi prærequirit charitatem ante Sacramentum Pœnitentiæ, de cujus partibus postea priùs incipit agere in sess. 14. Et quòd *Trid.* non velit omnes illos actus esse necessariò prærequisitos, sed tantum convenientissimè præcedere, patet inde, nam præmittit etiam timorem pœnæ, certum autem est valere pœnitentiam, quamvis non sit concepta ex timore

more pœnæ, sed immediatè ex spe beatitudinis æternæ vel ex alio adhuc perfectiore motivo, ergo.

841. *Instabis. Palav. in Hist. l. 8. c. 13. refert quatuor Patres voluisse inseri, actum charitatis, loco illius, diligere incipiunt. Et S. Th. 3. p. q. 85. a. 5. unde hausta est illa doctrina Trid., inter dispositiones ad pœnitentiam ponit motum charitatis. Ita Le Drou d. 3. c. 2. §. 1. & 3. R. Hæc esse pro nobis, sequitur enim, quòd Trid. non requisiverit actum vel motum charitatis, alioquin ista non immutasset, ergo cum posuerit actum, quo diligere incipiunt, quod convenit etiam dilectioni concupiscentiæ, secundum Trid. hæc sufficit. Quod attinet ad S. Thomam, uti & Catechism. Rom., quem adducit Le Drou c. 4. hi loquuntur de pœnitentia in genere, prout est virtus, & secundum quod causat justificationem etiam extra Sacramentum, uti manifestum est inspicienti contextum: unde non video, quomodo ista omnia adduci possint ad probandam necessitatem charitatis etiam pro Sacramento Pœnitentiæ.*

842. *Obji. 2. Trid. sess. 6. c. 7. ait, Hanc fidem ante Baptismi Sacramentum catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem vit. in æternam præstantem, quam sine spe & charitate fides præstare non potest, ergo ante Baptismum, & consequenter etiam ante Pœnitentiam requiritur charitas. R. n. conf. nam Trid. tantum dicit, quòd in justificatione infundatur habitus charitatis, quem postea nominat Christianam justitiam, stolam candidam, quæ perferri debeat ante tribunal Christi. Et ideo etiam paulò antè dixerat hæc omnia, fidem spem & charitatem, simul infun-*

di in justificatione. Quando autem fides dicitur operari per charitatem, sensus est, quòd fides dirigat charitatem, quæ operatur in nobis.

Obji. 3. Trid. sess. 14. De pœn. c. 4. dicit 843.
contritionis motum fuisse quovis tempore necessarium ad veniam impetrandam, sed ante institutionem Sacramenti necessarius erat motus contritionis ex motivo charitatis, ergo etiam talis necessarius est post institutionem Sacramenti. R. Si argumentum valet, ergo ad Sacramentum requiritur motus perfectæ charitatis, quia talis requirebatur ante institutionem Sacramenti: hinc n. conf. nam ibi loquitur de contritione, prout abstrahit à perfecta & imperfecta, veritas autem dicti salvatur, si ante Sacramentum necessarius fuerit motus contritionis perfectæ, & cum Sacramento necessarius sit motus contritionis saltem imperfectæ, sive attritio.

Obji. 4. Trid. sess. 6. c. 7. dicit justificationem fieri per voluntariam susceptionem gratiæ, quâ quis fiat amicus Dei, sed nemo voluntariè suscipit gratiam, quâ fiat amicus Dei, nisi amet Deum amore amicitæ, ergo. R. n. min. actus enim concupiscentiæ, quo opto vel quo suscipio gratiam ut mihi bonam, non est minùs voluntarius, quàm actus amoris amicitæ. Et per ejusmodi actum alterius virtutis voluntariè peto amicitiam Dei, & concurrente Sacramento in me causo gratiam, per quam Dei amicitiam recuperò.

Obji. 5. Palav. in Hist. l. 12. c. 10. n. 26. testa- 844.
tur, quòd Patres Trid. voluerint omitti hæc verba, *Declarat etiam attritionem sufficere ad Sacramenti hujus constitutionem, & loco verbi, suffi-*

cere, voluerint poni, disponere ad gratiam in Sacramento, ergo mens *Trid.* non fuit docere, quod attritio sufficiat cum Sacramento. *R.* Teste eodem *Palav.* etiam voluerunt omitti hæc, *Cum attritio sine aliquo in Deum dilectionis motu esse vix queat*, neque tamen adversarii concedunt inde inferri, quod cum attritione illa supernaturali non adsit, vel non requiratur dilectionis motus: itaque n. conf., id enim satis docent verbis n. 836. relatis. Quod autem voluerint omitti priora ista verba, causa sufficiens fuit, ne præjudicarent sententiæ *Scoti* & aliorum, qui dicunt nullam contritionem pertinere ad constitutionem Sacramenti, sed essentiam consistere in sola absoluteione, actus autem pœnitentis esse conditiones essentialiter prærequisitas.

Inst. Alexand. VII. in Decreto dato diu post *Trid.* significat Ecclesiam nihil definitivè circa sufficientiam attritionis pro Sacramento Pœnitentiæ. *R.* Hoc solvendum esse nu. 876. Pol-suntque de *Trid.* plura videri apud *Francol.* De dolore l. 1. c. 6.

845. Q. 114. Ubi doceant SS. PP. & speciatim S. Augustin., quod attritio sufficiat cum Sacramento. *R.* Locos & verba PP. addit *Pinthereau* à pag. 116. sed speciatim ex S. *Aug.* Probatur 1. nam docet illum dolorem sufficere pro confessione & absoluteione, qui præeunte fide concipitur ex formidine divini iudicii, scribens enim in *Epist.* 254 aliis 104. ad *Nectarium* sic habet, *Pœnitentia impetrat veniam & purgat admissum, sed illa, que in vera religione agitur, que futurum Dei iudicium cogitat, non illa, que ad horam hominibus exhibetur aut fingitur, non ut a delicto anima purgetur in æternum, sed ut interim a præsentis reatu molestia vita*

citò peritura liberetur; hinc Christianis confitentibus
 atque deprecantibus, qui delicto illo fuerant impli-
 cati pœnitentia dolorem fructuosum esse credidi-
 mus, eisque ad correctionem sufficere existimavimus,
 quòd inest cordibus eorum fides, quâ considerare pos-
 sent, quid de divino iudicio formidare deberent. His
 verbis docet S. Aug., dolorem ex prævia fide
 conceptum per considerationem & formidi-
 nem divini iudicii sufficere, etiam proximè, ad
 justificationem, nam dicit, quòd impetret veniam,
 purget admissum, animam purget in æternum, suffi-
 ciat ad correctionem, atqui non sufficit sine Sacra-
 mento, uti certum est, ergo mens S. Aug. est,
 quòd sufficiat cum Sacramento, ideoque dicit
 sufficere confitentibus atque deprecantibus, id est,
 perentibus absolvi, quos pœnitet, qui rogant, qui
 pedes amplectuntur &c. Probatur 2. Qui, quantum 846.
 attinet ad actus prærequisitos, est verè christianus
 ille est proximè dispositus ad fructuosum Bapti-
 smum, sed secundum S. Aug., qui credit, & pro-
 pter spem beatitudinis vel metum gehennæ fie-
 ri vult christianus, ille, quantum attinet ad actus
 prærequisitos, est verè christianus, ergo. Prob.
 min., nam S. Aug. l. De catechizandis rudib. c.
 17. agens de aliquo, qui propter beatitudinem
 sempiternam vult fieri christianus, ut non eat in
 ignem æternum cum diabolo, de illo subjungit, ve-
 rè christianus est.... qui etiam proficiendo perveniet
 ad talem animum, ut plus amet Dominum, quam ti-
 meat gehennam, ergo ex mente S. Aug. qui cre-
 dit, & propter spem vel metum fieri vult chri-
 stianus, quantum attinet ad actus prærequisitos,
 est verè christianus.

Respondet Le Drou, per tò, verè christianus est,
 significari, quòd accedat ad fidem animo chri-

stiano, id est, tali, qui spem faciat eum à fide non defecturum. *Contrà* est, nam priusquam possit facere spem non deficiendi à fide Christiana, debet supponi esse verè Christianus, & hoc habet, secundùm S. *Aug.*, si credat, speret beatitudinem ac metuat ignem æternum, ergo.

847. *Obji.* 1. S. *Aug.* l. de fide & operibus c. 10. docet actum charitatis prærequiri ante Baptismum, & ideo sæpe alibi dicit rudes catechizandos de necessitate actûs charitatis. Similia habet sæpè alibi, uti fusè *Le Drou Diff.* 3. c. 5. &. Ex omnibus plûs colligi non potest, quàm unumquemque hominem etiam non baptizatum teneri ex præcepto charitatis diligere Deum super omnia, imprimis quamprimum eum sufficienter cognoscit: Deinde sæpius per vitam: præterea etiam in fine vitæ, uti pluribus explicatum est l. 2. n. 133. & 144. Denique S. *Aug.* sæpè commendat charitatem tanquam utilem ad omnia, sed nullibi asserit absolutam ejus ad Sacramenta necessitatem.

848. *Obji.* 2. Varia loca S. *Aug.* & PP. nam l. 1. De vera & falsa pœn. c. 9. ait, *Sine amore Dei nemo unquam invenit gratiam.* 2. Serm. 7. De tempore, *Pœnitentiam certam non facit nisi odium peccati & amor Dei.* 3. De civit. l. 1. c. 27., *Nisi desistant à peccatis habendo charitatem, quæ non agit perperam nil eis prodesse potest.* 4. Tract. 9. in Joannem & l. 2. contra Crescon. c. 12. *Charitas una si adsit, omnia illa rectè fiunt, si autem desit illa, omnia frustra fiunt.* Similia sæpe habet. 5. Ubicunq; agit de pœnitentia, semper inculcat amorem justitiæ vel boni. 6. *Clemens Alexandrinus* dicit, *Absque charitate nihil gratum est Deo.* Similia passim habent etiam alii PP. &. ad 1. quòd liber ille non fit

fit *S. Aug.*, uti expresse notatur ante caput 1. nam c. 17. citat *S. Aug.* tanquam authorem à se distinctum. Quisunque autem sit author, plus non vult, quam ad recuperandam gratiam requiri aliquem amorem Dei, saltem concupiscentiæ, qui semper aderit, nam *spes sine amore esse non potest*, inquit *S. Aug.* Enchir. c. 8. Ad 2. & 3. Iltis locis agit de pœnitentia extra Sacramentum, qualem habent etiam infideles, hinc subjungit illud de Davide, *Tibi soli peccavi*, quod utique factum est sine Sacramento. Ad 4. Tantum vult, si charitas habitualis desit, nihil posse fieri meritorium vitæ æternæ, nec obtineri posse salutem. Ad 5. *Ripal.* De ente supern. tom. 3. d. 22. s. 12. à n. 138. & pluribus s. 19. rectè ostendit *S. Aug.* per amorem justitiæ vel boni, item per similia verba non semper intelligere amorem benevolentiae vel amicitiae erga Deum, sed aliquem amorem Dei etiam concupiscentiæ, vel ex motivo cujuscumque virtutis. Videri potest *Francol.* De dolore l. 1. c. 3. Ad 6. *Clemens* loquitur de opere, quo homo fiat amicabiliter gratus Deo, certum enim est ex dictis l. 2. n. 132. non omne opus Deo gratum debere esse ex charitate. Denique multa alia, quæ adversarii vel ex Scriptura vel ex SS. PP. colligunt pro commendatione charitatis, non sunt ad rem, cum non loquantur de Sacramento Pœnitentiæ.

Inst. S. Chrysostomus hom. 4. in 2. ad *Corinth.* ait, *Ingemisce, non quod pœnas daturus sis, nihil enim hoc est.* R. Exemplo Davidis incitat ad id, quod perfectum est & justificat etiam extra Sacramentum, non autem ad id, quod simpliciter est necessarium cum Sacramento. Imò cum

Gg 5

addat,

addat, *Ingemisce, nec unquam hoc facere intermitte*, patet non loqui de necessitate. Per Tò, *Nihil enim hoc est*, significat hoc esse parum & quasi nihil esse respectu Davidis: De cætero certum est talem attritionem esse aliquid, cum secundum *Trid.* sit honesta, supernaturalis, meritoria. Plura circa SS. PP. videri possunt apud *Francol. supra.*

849. Q. 115. *Ubi doceat S. Tho. quòd attritio sufficiat cum Sacramento.* R. His locis. §. 1. In 4. Dist. 6. q. 1. a. 3. quæstiu 1. ad. 5. ait, *Ad hoc quòd homo præparet se ad gratiam in Baptismo percipiendam, præexigitur fides sed non charitas, quia sufficit attritio præcedens, et si non sit contritio.* Quod autem est de præparatione ab Baptismo, fatentur adversarii idem esse de præparatione ad Pœnitentiam, ergo. Respondet *Le Drou* diff. 3. c. 6. in fine, *S. Tho.* loqui de charitate habituali. *Contra* est 1. Nimis manifestum erat charitatem habitualem non esse præparationem ad gratiam, cum gratia præsupponatur velut natura exigens habitum charitatis & reliquarum virtutum, ergo non loquitur de habituali charitate sed de actuali, quæ sola esse poterat præparatio. 2. Ex modo pariformiter loquendi *S. Tho.*, talis charitas non præexigitur, qualis fides præexigitur, sed præexigitur fides actualis, ergo non præexigitur charitas actualis. 3. Illam charitatem dicit non præexigi, quæ alioqui esset contritio opposita attritioni, sed sola charitas actualis esset contritio opposita attritioni, ergo charitatem actualem dicit non præexigi.

850. §. 2. *S. Tho.* in 4. Dist. 22. q. 2. a. 1. quæstiu 3. O ait, *Quando aliquis accedit ad confessionem attritus, non plenè contritus, si obicem non ponat in ipsa confes-*

confessione & absolutione, sibi gratia & remissio peccatorum datur. Idem dixerat dist. 17. q. 3. a. 5. quæst. u. 1. O. si precedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset.

Respondent, per contritionem non plenam & per dolorem non sufficientem ad contritionem intelligi dolorem, qui saltem partialiter ex motivo charitatis procedat, sed imperfectum. Contra est, nam S. Tho. in suppl. q. 1. a. 1. agens de contritione in communi ait, *actus contritionis est actus virtutis & est pars Pœnitentiæ Sacramenti*. Talem autem contritionem describit cum S. Isidoro, quod sit *humilitas mentis cum lachrymis*, veniens de recordatione peccati & timore iudicii: item cum S. Greg. *Humilitas spiritûs annihilans peccatum inter spem & metum*. Et addit: *Nec solum ponit causam principalem, quæ est timor, sed etiam causam, quæ est spes, sine qua timor, desperationem facere posset*. Ex quibus manifestum est, quod talem attritionem admitrat esse partem Sacramenti Pœnitentiæ, quæ tantum pertineat ad spem & metum. Ibidem a. 3. docet talem attritionem fieri non posse contritionem, quia *attritionis principium est timor servilis, contritionis autem timor filialis*: certum autem est ex S. Th. quem retuli n. 720. quod *timor servilis charitatem in sui ratione non includat*, ergo iterum manifestum est ex mente S. Tho., quod attritio, quæ potest esse pars Sacramenti Pœnitentiæ, non necessariò, nequidem partialiter, procedat ex motivo charitatis.

Obj. 1. S. Th. in 4. D. 14. q. 1. a. 2. quæst. 1. ad 4. ait, 851.
Pœnitentia timore servili concipitur, qui pœnam respicit, nec oportet, quod timor & pœnitentia sint simul, quia timor servilis non est causa esse ipsius pœnitentiæ sed generationis ejus, sicuti etiam sumptio
 me-

medicina est causa sanitatis, non tamen sunt finis.

R. Tantum dicit non esse opus, ut timor & poenitentia sint simul, potest enim desinere timor & manere contritio post timorem causata, hinc dicit timorem non esse causam esse eius, id est, non necessario actu influere in poenitentiam seu contritionem, attamen non negat timorem stare posse cum poenitentia, uti stare potest sanitas cum continuatione medicinae.

852. *Obji. 2. S. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. a. 4. quaestiu. 1. ait, Confessio non valet sine charitate. Et alias saepe ante poenitentiam vel justificationem requirit motum charitatis. R. Ibi agere de confessione ut meritoria, sic enim habet: Confessio est actus virtutis & pars Sacramenti, secundum autem quod est actus virtutis, est meritorius proprie, & sic confessio non valet sine charitate, quae est principium merendi. Ex quibus verbis patet eum loqui de confessione, prout est secundum se de condigno meritoria gratiae, sic autem dignificari debet per gratiam vel per habitum charitatis.*

853. *Obji. 3. S. Tho. 3. p. q. 84. a. 10. O. ait, Cum ad veram poenitentiam charitas requiratur, sine qua non delentur peccata. R. Tantum vult, quod ubi est vera poenitentia, necesse sit causari habitum charitatis sive gratiae, per quam remittantur peccata; docet autem habitum illum & gratiam posse amitti, & ideo posse iterari Sacramentum Poenitentiae, quod negabant haeretici, contra quos ibi agit, nam subdit, credebant, quod charitas semel habita non possit amitti, & per consequens poenitentia, si sit vera, nunquam pro peccatum tollatur.*

Iust. S. Tho. ibidem a. 3. O. dicit displicentiam peccati, quia est contra Deum super omnia di. e. d. m. requiri ad rationem vere poenitentiae. Et a. 6. ad 2.

dicit remissionem culpæ esse effectum pœnitentiæ, sed principalius fidei & charitatis. R. In his locis agit de pœnitentia, prout est virtus sine Sacramento justificans, & ideo q. 85. a. 5. O. dicit, pœnitentia, prout est virtus, includit motum charitatis, quoadlicui peccatum displicet secundum seipsum & non jam propter supplicia. Et q. 86. a. 2. O. ait, Impossibile est peccatum actuale mortale sine pœnitentia remitti, loquendo de pœnitentia, quæ est virtus. Et a. 3. O. dicit ad rationem veræ Pœnitentiæ requiri, ut displiceat peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum: quæ omnia dicta sunt de pœnitentia, prout est virtus justificans extra Sacramentum, uti patet ex conclusione articuli, quæ sic habet, si. ri non potest, ut per virtutem pœnitentiæ peccatum unum remittatur sine altero. Postmodum autem q. 90. prius incipit ex professo agere de Sacramento Pœnitentiæ.

Obi. 4. Ad justificationem impii requiritur motus mentis, quo convertitur ad Deum, S. Tho. I. 2. q. 113. a. 4. O. atqui mens nostra debite ad Deum converti non potest sine charitate. 4. contra Gentes c. 72. ergo. R. Requiritur motus mentis, quo convertitur ad Deum saltem imperfectè per dilectionem concupiscentiæ, quâ velit sibi Deum. Isto autem loco contra Gentes loquitur S. Tho. de conversione perfecta justificante sine Sacramento, nam Ferrariensis, cum cujus commentariis editi sunt libri contra Gentes, sic habet in eum locum: Animadvertendum est, cum dicitur mentem debite ad Deum converti non posse sine charitate, quod ideo additum est debite, ut excludatur imperfecta conversio, potest enim aliquis imperfectè converti ad Deum sine charitate; sed perfecta conversio, quæ sufficiat ad deletionem culpæ, sine charitate

854

ritate

ritate esse non potest. Certum est autem ad Sacramentum Pœnitentiæ non requiri perfectam conversionem, ergo similiter certum est sufficere conversionem sine charitate.

Inst. 1. Omne mortale est aversio à Deo ut summè bono, nam quilibet actus peccati mortalis contrariatur charitati secundum propriam rationem, quæ consistit in hoc, quòd Deus diligatur super omnia, S. Tho. 2. 2. q. 24. a. 12. O., ergo actus veræ pœnitentiæ debet esse conversio ad Deum ut summè bonum, quia debet esse conversio ad hoc, à quo fuit aversio. R. Ergo actus veræ pœnitentiæ se solo justificans debet esse conversio ad Deum ut summè bonum c., justificans simul per Sacramentum n., nam supposita conversione ad Deum ut nobis bonum, tum Sacramentum ex institutione & meritis Christi operatur, quòd conversio illa se solâ operari non potest.

Inst. 2. Ad eandem virtutem pertinet prosequi unum oppositorum & refugere aliud, & ideo sicut ad charitatem pertinet diligere Deum, ita etiam detestari peccata, per quæ anima separatur à Deo, S. Tho. 1. 2. q. 113. a. 5. ad 1. R. Inde tantum sequitur, quòd charitas possit elicere detestationem peccati, quòd nemo negat; sed negamus posse solam charitatem, nam etiam potest spes & timor. Plura videri possunt apud Francol. De dolore l. 1. c. 5.

855. Q. 116. An verum sit, quòd ex Authoribus & Theologis plurimi doceant attritionem sufficere cum Sacramento; oppositum autem teneant respectivè pauci. R. Affirmativè, nam § 1. Pinthereau De Attrit. sufficientia à pag. 8. ad ductis locis & verbis refert 100. Authores gravissimos, qui ab ano Christi

Christi 1200., sententiam nostram tenuerunt, inter quos sunt *Guilielmus Parisiensis, Dionys. & Ludolphus Carthusianus, Gerson, Tostatus, Turrecremata, Dur. & apr. Gabr. Adrian. Ferrar. Eckius, Ss. Vincentius Ferrerius, Bernard. Senensis, Antoninus, Thomas à Villa nova*. Deinde à pag. 93. adducit Theologos 19., qui *Tridentino* inter fuerunt & nobiscum tenent. *Le Dent De attrit.* à n. 158. refert Authores, qui ante *Trid.* idem tenuerunt, & à n. 231. multos ex Academia Lovaniensi. Authores autem, qui idem tenuerunt post *Tridentinum*, affert in *Resp. ad Xenium Theologicum* c. 5. à n. 164. Sed quoad Authores post *Tridentinum*, studiosissimè eos examinavit *Gormaz* p. 1. post n. 446. ubi ordine alphabetico adductis nominibus, locis & verbis fideliter refert plures quàm 160., qui clarissimè nobiscum tenent, inter quos sunt duo Papæ, septem Cardinales, sex Episcopi, speciatim *S. Carolus Borromæus*: sex Concilia particularia in variis Diocesisibus habita, sex diversi catechismi publicâ autoritate editi ad informationem parochorum & populi. Accedunt *Decretum Gratiani*, *Inquisitio una generalis Hispanica*, definitio facultatis Parisiensis. Reliqui sunt gravissimi Theologi ex omni natione, statu & ordine. Accedit *Volpiliere* tom. 4. t. 1. c. 2. anno 1698. Parisiis editus: Item *Cardin. Brancatus De Laurea* in 4. tom. 2. d. 9. n. 89. & d. 14. a. 8. à n. 232. ita ut *Sporer* n. 271. meritò dicat esse sententiam Authorum ferè omnium; *Platel.* nu. 654. plerorumque omnium post *Tridentinum*; *Puteanus & Becanus* vocent communem omnium. Sequuntur Thomistæ ferè omnes cum *Gonet* d. 7. a. 3. & *Godoi De Deo* d. 2. §. 7. n. 125.

Scotus

Scotus, S. Bonav. & plerique Scoſiſtæ cum Boſco d. 6. ſ. 3. concl. 4. Et ideo etiam Alex. VII. in Decreto, quod referam n. 875. dicit ſententiam noſtram videri communiorem inter ſcholasticos. *Reſpondet Farvacq.* quamvis mille Authores ſint pro aliqua ſententia, non ideo fieri, ut Sacramentum valeat ſine eo, quod Chriſtus ad Sacramentum requiſivit, ideoque fruſtra à nobis congeri tot nomina. *Contra* eſt, quia ex iudicio tot Sanctorum & ſapientiſſimorum virorum prudenter & moraliter certò præſumimus Chriſtum tale quid non requiſiſſe, non enim eſt credibile paſſurum fuiſſe, ut hi omnes & totus pene orbis erraſſet circa negotium ſalutis: ſicuti quia omnes ferè docent ad valorem abſolutionis non prærequiri expletionem pœnitentiæ, prudenter iudicamus id eſſe moraliter certum: Neque ullus prudens negare poteſt, quin in illis, quæ à Dei voluntate pendent, uti ab ea pœadet, ſitne attritio ſufficiens, nè contra contritio requiratur an Sacramentum Pœnitentiæ plurimùm ſit tribuendum communi iudicio ferè omnium, nam *integrum iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur, Can. Extraconſcientiam. Diſt. 64. & Cap. Prudentiam 21. De Off. Jud. deleg. Per ampliores homines perfectiſſima veritas revelatur. l. 32. Cod. De fidei-Committ. Faciliùs namque invenitur, quod à pluribus ſenioribus queritur. Can. De quibus. Diſt. 20.*

856. §. 2. Pauci ſunt reſpectivè, qui ſententiam oppoſitam tenent, nempe unus vel alter cum Palav. in Hiſt. l. 12. c. 10. à nu. 25. Acceſſerunt Bajus, Jansenius & Janseniſtæ, ſed parùm ponderis habent, quia nimium extollunt neceſſitatem charitatis, uti conſtat ex dictis l. 2. n. 132. Acceſſe-

cesserunt *Lupus, Farvacq.* Lovanienses aliqui: ex Thomistis pauci, ex Scotistis *Hiquæus & J. Pontius* apud *Bosco* supra. Recenter *Le Drou, Henr. à S. Ignatio* & quidam alii, hi autem respectivè ad citatos §. 1. sunt pauci, ergo.

Obij. Morinus, Lupus, Farvacq. Juen. testantur 857: neminem ante 15. sæculum docuisse pro attritione, & *Canum* fuisse primum cum quodam *Henrico Salmanticensi*. E contra multos contra attritionem docuisse ante *Tridentinum*, testatur *Aversa* q. 11. l. 4. Et quosdam in *Tridentino* ita sensisse, videtur certum. R. Pro redarguenda falsitate *Morini* provoco ad fidem aliorum Authorum, qui oppositum testantur; mihi sufficit *S. Aug.*, quem valde probabiliter, & *S. Tho.*, quem existimo certò stare pro attritione, uti ostendi à n. 845. & 849. Alios plures adducit *Francol.* De dolore l. 1. c. 5. à n. 27. & l. 3. c. 2. & seqq. Nec operæ pretium est his immorari. Admitto autem ante *Trid.* aliquos requisivisse dilectionem perfectam, sed quia omnes ferè post *Trid.* maximo consensu arripuerunt sententiam nostram, manifestè infero illos per *Trid.* ad hoc esse adductos, adeoque hunc fuisse sensum *Trid.* Deinde PP. *Trid.*, uno fortè vel altero excepto, tantùm contendebant requiri aliqualem dilectionem, quam etiam nos requirimus, ergo illi non sunt contra nos.

Inst. Palav. adducit contra attritionem etiam *Henriq. & Valent. Carolus ab Assumptione* in libello De contrit. edito sub nomine *Germani Philalethis* refert contra attritionem facilè centum Authores. *Le Drou* Diss. 4. c. 4. §. 4. multos etiam adducit pro sua sententia. R. *Henriq.* l. 4. De Sacram. c. 26. apertè tenet pro attritione,

& Valent. clarissimè De pœn. d. 7. q. 8. p. 4. à §. Animadvertendum, ergo Palav. malè citat illos pro se. Platel. n. 652. rectè ostendit Carolum ab Assumptione illudere lectori, nam nec annotat locum vel verba eorum, quos citat, & falsò citat aliquos, nominatim Sylv., qui sententiam pro contritione, quam priùs docuerat, revocavit. Et citat multos tantùm concionatores, quorum plerorumque verba, si inspiciantur, aliquam tantùm dilectionem requirunt, qualis est, si Deum amem mihi, quod fit per dolorem ex spe & metu, fugimus enim infernum, ut in cœlo assequamur Deum, nec plùs volunt plerique ex illis, quos adducit Le Drou: nam quòd Sonnius, Tapper. P. Soto, Vega, Jansenius, Gandavensis aliique, qui Tridentino interfuerunt, non sint contra nos, rectè ostendit Francol. supra c. 6. §. 10. & l. 2. c. 6. §. 1. Imò nec Navarrum aut Vald. esse contrarium, conatur ostendere l. 1. c. 7. §. 2. Et dato aliquos tenuisse oppositum, ostendam n. 874. non elidi certitudinem practicam alicujus sententiæ, quamvis quidam pauci contradicant.

858. Q. 117. Quomodo ex praxi & sensu communi Ecclesiæ ac fidelium probetur, quòd attritio sufficit cum Sacramento. R. Hoc modo. §. 1. Non est credibile, quòd Spiritus S., qui regit Ecclesiam, permissurus fuisset praxin sententiæ nostræ, si falsa esset, cum damno tot animarum prævalere, maximè cum sententia nostra toties fuerit à Rigoristis S. Sedi exhibita, cum potentissimis instantiis, ut damnaretur; & tamen Pontifices nunquam reprobârunt: speciatim Alex. VII. & Innoc. XI. alioqui prompti ad damnandas propositiones periculosas, & studiosissimi pro

pro rescindendis noxiis laxitatibus, graviter prohibuerunt ullâ censurâ notari sententiam nostram, permiseruntque ipsi suis temporibus publicè doceri etiam Romæ. Imò *Alex. VIII.*, ut ostenderet ad pœnitentiam non requiri amorem, quem volunt Rigoristæ, inussit notam libro Episcopi Castoriensis, qui dicitur *Amor pœnitens*, uti refert *Gorm. n. 345.*; fatenturque adversarii per hujus Pontificis decreta convelli suam doctrinam.

§. 2. Si sententia nostra esset falsa, Pontifices & Cardinales Concilii *Trid.* Interpretes, cùm sciant nos præcipuè nisi *Trid.*, declararent oppositum pro officio suo & cavendo damno animarum, sed non declarant, sed etiamnum permittunt ubique doceri publicè, & speciatim Romæ in celeberrimis seminariis, uti habet certa relatio cum testimoniis authenticis impressa typis sub annum 1690., cujus exemplar habeo: nominatim in Urbano Collegio de propaganda fide, in Collegio S. Pancratii, in Collegio S. Thomæ apud Minervam, in Collegio Clericorum regularium ministrantium infirmis, & aliis, quæ ab Ecclesiasticis vel aliis Religiosis reguntur, taceo illa omnia, in quibus docent Professores è Societate nostra.

§. 3. Accedit communis sensus fidelium in tota Ecclesia, qui si dolorem habeant ex spe cœli vel metu inferni, aut saltem ex motivo turpitudinis peccati prout oppositi legi æternæ Dei, confitentur & absolutionem petunt sine scrupulo, eamque dant pariter Confessarii penè omnes: velle autem eos omnes damnare sacrilegii, uti damnari deberent, cùm adversarii, hic præsertim in materia facti, non admittant igno-

rantiam inculpabilem, hoc esset exoticum & temerarium, ergo.

861. Q. 118. Quibus rationibus probetur, quòd attritio sufficiat cum Sacramento. R. sequentibus. §. 1. Nihil obstat, quòd minùs attritio sufficiat, nam est actus honestus, supernaturalis, tendens in Deum velut finem ultimum à peccatore assequendum, efficaciter excludens omnem voluntatem peccandi, uti constat ex dictis hætenùs. Nec ullum est argumentum in oppositum, cui plenè non satisfiat, uti partim est ostensum, partim ostendetur à n. 864., ergo.
862. §. 2. Si attritio non sufficiat, plerique homines, præsertim rudes & ingenio tardiores, vix unquam habebunt dolorem sufficientem pro Sacramento, pauci enim assurgunt ad dolendum de peccato, quia Deo summè bono malum est, uti testari poterunt Confessarii de penitentibus suis.
863. §. 3. Secundùm adversarios, in dolore debet adesse amor Dei absolutè prædominans, sive intensior omni alio amore actuali cordis, sed talis amor Dei erit rarus, & sæpe erit impossibilis, nam sæpe fit, ut quis, etiam non liberè sed planè necessariò propter motiva magis sensibilia, nec inhonesta, intensiùs doleat, v. g. de morte Patris sibi charissimi quàm de peccato; aut ut intensiore affectu actuali amet unicam prolem suam quàm Deum, cujus bonitatem hic & nunc non ita sensibiliter potest cognoscere, talis autem homo, quamvis secundùm partem superiorem voluntatis Deum appetiet super omnia, tamen occasione partis inferioris ejusdem voluntatis magis sensibiliter tractæ habere non poterit amorem intensiorem Dei absolutè præ-

prædominantem, adeoque non poterit debite
pœnitere, nec salvari, quod durissimum est di-
cere, ergo.

Q. 119. *An argumenta Adversariorum contra
sufficienciam attritionis ita solvi possint, ut plene sa-
tis fiat.* R. Posse, nam præter hæctenus soluta,
non invenio nisi sequentia :

Obji. 1. In Epist. 1. Joan. c. 3. v. 14. dicitur, 864.

Qui non diligit, manet in morte. 1. ad Corinth. 13.

Si charitatem non habuero, nihil sum, nihil mihi pro-

dest. Similiter loquuntur SS. PP. apud *Le Drou*

d. 3. c. 1. B. Ad 1. S. Joannem ibi agere de dile-

ctione fraterna, quam nemo dicit esse partem

Sacramenti Pœnitentiæ. Quòd si loqueretur

etiam de dilectione Dei, sensus esset, qui non

implet præceptum charitatis, quando obligat,

manet in morte, nec salvabitur : negamus au-

tem obligare ratione Sacramenti Pœnitentiæ.

Et similiter dicit Christus, *qui habet mandata mea*

& servat ea, ille est, qui diligit me : non debere au-

tem omnia mandata servari ex motivo chari-

tatis, certum est ex dictis l. 1. n. 691. & l. 2. n. 132.

Ad 2. Apostolus loquitur de charitate, ab-

strahendo ab habituali & actuali, nam multa,

quæ ibi dicit, conveniunt habituali, multa a-

ctuali : Itaque tantùm vult ad salutem requiri,

finaliter habitum charitatis, actum autem quan-

doque per vitam, nempe quando præcipitur :

de cætero nullum ibi sermonem habet de Sa-

cramento Pœnitentiæ, ergo multò minùs ad il-

lud requirit actum charitatis. Alia loca Scriptu-

ræ vel Patrum, quæ pro justificatione requirunt

charitatem, loquuntur de justificatione extra

Sacramentum : quod maximè dicendum est

de illis, quæ afferuntur ex antiquo testamento,

cum ibi non fuerit Sacramentum Pœnitentiæ, lex autem naturalis tum exigebat contritionem, non ex necessitate absoluta, sed quia Deum non instituerat aliud medium justificationis, quale nunc longè faciliùs habemus per Sacramentum.

865. *Obji. 2.* Lex antiqua erat timoris, lex autem nova est amoris, ideoque *S. Th. 1. 2. q. 107. a. 1. O.* vocat legem charitatis, ergo ad Sacramentum novæ legis requiritur amor ex charitate. *R. 1.* Si argumentum valet, ergo in lege nova nullus actus est bonus, qui non est ex charitate, quod secundùm dicta l. 2. n. 132. certò falsum est. *R. 2. n. conseq.* Lex antiqua erat timoris, quia Deus externis terroribus urgebat observationem illius: Lex nova est amoris, quia per incarnationem Verbi exhibuit nobis maximum amorem, séque magis placabilem & veluti familiarem reddit per Sacramenta, præsertim Eucharistiæ, ideoque conveniens est, ut nos reciproce moveamur amore ad observationem mandatorum ipsius, sed non ideo obligamur servare ea ex motivo charitatis, uti certum est ex dictis ibidem l. 2. n. 132.

Inst. 1. Sacramentum novæ legis non potest suscipi nisi ab eis, qui pertinent ad novum testamentum, sed qui agunt & aguntur timore pœnæ seclusâ Dei dilectione, non pertinent ad novum testamentum, sed ad vetus, uti colligitur ex c. 8. v. 15. ad Roman., *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, ergo.* Ita *Marbesius q. 10 arg. 4. R. n. min.* nam *per fidem Christi pertinet homo ad novum testamentum, S. Th. 1. 2. q. 106. a. 1. ad 3.*

Inst.

Inst. 2. Christus *Matth. 5. v. 17.* dicit, *Non veni solvere legem sed adimplere*, ergo pro justificatione manet eadem obligatio amoris Dei. *R. 1.* Ergo sicuti in antiqua lege requirebatur amor perfectus, ita requiretur in nova. *R. 2.* ergo pro justificatione manet obligatio amoris Dei, si non suscipiatur Sacramentum, c, si hoc suscipiatur, n. Et hoc est privilegium novæ gratiæ, quam addidit Christus, ut etiam sine amore possit vi Sacramenti obtineri justificatio.

Obji. 3. Pœnitentia debet esse tristitia *secundum Deum*, uti colligitur ex 2. *ad Corinth. 7.* sed attritio non est tristitia *secundum Deum*, sed *secundum se ipsum*, attritus enim non dolet de peccato, quia est malum Deo, sed quia est sibi attrito malum, ergo. *R. n. min.*, quia quamvis attritio sit de malo attriti, tamen simul est tristitia *secundum Deum*, in quantum elicitur ex fide in Deum, ex spe & amore concupiscentiæ erga Deum.

Inst. S. Th. lect. 3. in eum locum Apostoli dicit ex amore, quo diligitur Deus, causari tristitiam, quæ est *secundum Deum*. *R.* Non dicit semper causari ex amore perfecto, sed saltem imperfecto, qualis est amor concupiscentiæ: & ideo amore illum, qui tristitiam *secundum Deum* causat, opponit amori sæculi, cui etiam opponitur amor concupiscentiæ, quo ferimur erga Deum in beata æternitate possidendum.

Obji. 4. Ut dolor valeat, peccatum debet in se & *secundum se* displicere voluntati, sed per dolorem ex metu non displicet peccatum in se & *secundum se*, ergo. *Prob. min.* Peccatum displicet propter pœnam, ergo non in se & *secundum se*. *R. n. min.* *Ad prob. n. conseq.* nam si

doleam de peccato propter bonitatem Dei offensi, secundum omnes peccatum displicet in se & secundum se, quia nempe peccatum in se & secundum se opponitur bonitati Dei, ergo similiter si doleam de peccato propter poenam, peccatum in se & secundum se displicet, quia displicet secundum intrinsecam malitiam suam, per quam est inductivum talis poenae.

868. *Obji. 5.* Dolor ad Sacramentum requisitus debet esse detestatio peccati prout est offensa Dei, ergo prout peccatum est malum Deo. Et ideo *S. Th. 3. p. q. 86. a. 3.* O. dicit ad veram poenitentiam pertinere deserere peccatum, in quantum est contra Deum. *R.* Debet esse detestatio peccati prout est offensa Dei ut summe boni, n. ut praemiatoris, ut punitoris, aut ut primae regulae omnis honesti, c. ant. & n. conseq. Et ex hoc patet ad *S. Th.*, nam ad poenitentiam sufficit deserere peccatum, in quantum est contra Deum ut praemiatorem, punitorem, vel regulam honesti. Et quod detestari peccatum *tantumquam Dei offensam* non sit actus elicitus a sola charitate, docet expressè *S. Th. q. 85. a. 2. O.*, ubi dicit poenitentiam esse specialem virtutem, adeoque ratione motivi distinctam a charitate, quia intendit destructionem peccati, *in quantum est Dei offensa.*

869. *Obji. 6.* Malitia peccati consistit in hoc, quod homo creaturam amet praeter Deo, ergo dispositio ad remissionem peccati debet esse talis, ut homo Deum amet praeter omni creatura. *Conf.* nam peccator habet creaturam pro fine, cui, ergo ut convertatur, debet iterum habere Deum pro fine, cui, ergo amare Deum propter Deum ipsum. *R.* Ergo dispositio ad remissionem

nem peccati debet esse talis, ut amet Deum præ
 omni creatura, amore amicitiae, n., concu-
 piscitiae, c., sic autem amat per attritionem ex
 spe possidendi Deum, ideoque amor concu-
 piscitiae secundum dicta n. 827. in Resp. 3. est
 hoc sensu super omnia, quod vi illius homo sit
 paratus potius negligere omnia bona & pati o-
 mnia mala quàm Deum pro æternitate non ha-
 bere vel iterum perdere per peccatum. *Ad Conf.*
dist. conseq. Ergo ut convertatur perfectè &
 sufficienter pro justificatione sine Sacramento,
 debet iterum habere Deum pro fine, cui, c., ut
 convertatur imperfectè attamen sufficienter
 pro justificatione in Sacramento, n., Deus enim
 hoc non requisivit, sed propter infinita Christi
 merita nobis applicanda per Sacramentum, vo-
 luit hoc fieri per illud ipsum Sacramentum,
 quod non fiebat ex vi solius actûs, quem habet
 pœnitens.

Inst. 1. Qui per peccatum convertitur à Deo
 ad creaturam, ille creaturam præfert Deo ergo
 qui per pœnitentiam, convertitur à creaturis ad
 Deum, atqui attritus non præfert omnibus creaturis,
 atqui attritus non præfert Deum sibi ipsi, sed
 hoc fit per solam charitatem, ergo attritus verè
 uou convertitur ad Deum. *R.* Peccans, creatu-
 ram in se non præfert Deo in se, scit enim sem-
 per Deum esse infinite digiorem omni crea-
 turâ, sed fruitionem creaturæ præfert fruitioni
 Dei: Et similiter qui per attritionem converti-
 tur à creaturis ad Deum, ille fruitionem Dei,
 quem vult ut finem ultimum, præfert fruitio-
 ni omnis creaturæ, hoc autem fit sine chat-
 ritate.

Inst. 2. Qui sibi amat divitias, plùs amat se
 quàm

quàm divitias, ergo qui sibi amat Deum, plùs amat se quàm Deum, hoc autem est inordinatum. & n. conseq. qui sibi amat divitias, vult illas ùt purum medium suæ felicitatis: è contrà qui sibi amat Deum, vult Deum ùt suum finem ultimum, quo felix sit, ergo non excluditur, quin plùs amet Deum quàm se, saltem per alium actum concomitantem.

Inst. 3. Attritio ex amore concupiscentiæ habet peccatorem pro fine, cui, ergo non convertit peccatorem ad Deum sed ad seipsum. & Ergo non convertit peccatorem ad Deum, perfectè, c, imperfectè, n, hoc ipso enim, quòd respiciat Deum, & avertat peccatorem à peccato, quod peccatum avertebat à Deo, jam iterum convertit peccatorem ad Deum: Et ratio à priori est, quia quamvis amor concupiscentiæ convertat nos ad nos ipsos tanquam ad finem proximum, cui, tamen non sistimus in nobis tanquam in fine ultimo, sed manemus, vel habitu, vel per alium actum, saltem suo tempore ordinamur ad Deum tanquam finem ultimum, cui, in quem nunc ille amor concupiscentiæ tendit tanquam in finem, qui, non excludendo alteram relationem ad Deum tanquam ultimum finem, cui, quamvis ipse de facto ita non referat: hoc autem sufficit, quia sicuti per peccatum ita convertimur ad creaturam, ut ex amore creaturæ velimus facere aliquid, quo privamur Deo, sic per attritionem ex amore concupiscentiæ ita amamus honestatem aliquam creatam, v.g. quæ relucet in desiderio assequendæ beatitudinis vel declinandæ gehennæ, ut detestemur peccatum, quo privati sumus Deo, velimusque nunquam ampliùs facere aliquid, quo

quo privemur Deo, ergo sufficienter convertimur ad Deum.

Inst. 4. Timor non convertit ad illum, qui 870.
timetur, sed potius facit, ut fugiatur, eò quòd timeantur pœnæ ab illo. &. Timor sine amore concupiscentiæ & sine proposito servandi omnia præcepta illius, qui timetur, non convertit ad illum, transeat, timor habens adjunctum amorem concupiscentiæ & propositum servandi omnia illius præcepta, adeoque & illum suo tempore amandi super omnia, ille non convertit ad eum, qui timetur, n., talis autem timor est nostra attritio.

Inst. 5. Aristoteles. 2. Rhetor. c. 4. ait: *Nemo eum, quem metuit, amat.* &. *Nemo eum, quem cum inhonesta servilitate metuit, amat, c., quem sine inhonesta servilitate metuit, attamen serviliter, subdistinguo, non amat amore perfecto amicitiae, de qua ibi agit Aristoteles, c., nunquam amat amore concupiscentiæ, n., & experientia docet oppositum, nam honesti servi & timent & ament Dominos, quos etiã offendere nolunt.*

Obj. 7. Si rebellis petens veniam à Rege diceret, *doleo de rebellionè, non gratiã tuã, sed propter me, ne me punias,* interim pergeret non habere benevolentiam erga Regem suum, dignus non esset, ut ad ejus amicitiam admitteretur, ergo nec peccator per solam attritionem se convertens ad Deum. &. *I. Dato antec. n. conseq., nam talis rebellis sic loquens præferret contemptum personæ regiæ non introsipientis cor illius, quod non est de attrito respectu Dei. Quòd si supponas abesse hunc contemptum & actum istius rebellis esse honestum, eundemque rebellem in corde dolere de offenso Rege, demissè pete-* 871.

pete-

petere eum sibi reconciliari, paratum esse imposterum ei servire in omnibus ac etiam velle, quando tenebitur, amare perfecto amore amicitiae, quæ omnia sunt in attrito respectu Dei offensi. R. 2. Talis rebellis non esset dignus, ex vi talis actus, ut admitteretur ad amicitiam Regis, c., non esset dignus ex vi illius actus tanquam dispositionis, quâ positâ Rex promississet veniam propter alicujus alterius merita vel intercessionem, v. g. alterius Regis, n. Jam verò Deus promisit, quòd positâ attritione cum Sacramento vellet dare veniam, non ex vi vel merito attritionis secundum se, sed ex vi attritionis cum Sacramento, cui infinita Christi merita privilegium illud impetrârunt.

872. *Obji. 8.* Habitus fidei & spei non recuperantur à peccatore, nisi prævio actu fidei & spei, ergo nec habitus charitatis nisi prævio actu charitatis. Hoc argumentum vocat *Palav.* validissimum. R. 1. Si argumentum valet, ergo etiam habitus, v. g. temperantiæ & reliquarum virtutum non recuperantur à peccatore nisi prævio actu temperantiæ & reliquarum virtutum, quòd apertè falsum est, ergo argumentum illud non est validissimum sed prorsus nullum. R. 2. n. conseq. Actus fidei & spei prærequiruntur ante Sacramentum Pœnitentiæ, non quia per Sacramentum recuperari debent isti habitus, sed quia actus illarum virtutum sunt specialiter necessarii ad dolorem supernaturalem, uti dictum est l. 2. à n. 15., qualiter necessarius non est actus charitatis, sine qua dari possunt actus supernaturales aliarum virtutum.

Obji. 9. Dolor ad Sacramentum requisitus debet esse actus virtutis, sed dolor ex timore non

non est actus virtutis, quia timor non est virtus, sed tantum numeratur inter dona Spiritus sancti, ergo. R. n. min. sicut enim fortitudo, pietas, sunt dona Spiritus sancti, in quantum faciunt promptè sequi inspirationes divinas, in quantum autem faciunt promptè sequi imperium rationis, sic sunt virtutes, uti habet S. Tho. 1. 2. q. 68. a. 1. O., ita etiam timor Domini est non tantum donum Spiritus sancti, secundum dicta n. 820., sed etiam virtus potens habere actus efficaces excludentes omnem voluntatem peccandi.

Q. 120. An sententia tenens attritionem sufficere cum Sacramento, sit practice certa. R. S. 1. Negat Le Drou d. 4. c. 4. sed plurimi affirmant, nam Amicus d. 12. n. 12. & Esparza q. 89. a. 8. vocant indubitam: Arjdek. tom. 2. p. 2. tr. 1. c. 3. q. 21. dicit videri ita securam, ut amplius de ea prudenter dubitari non possit: Tann. d. 6. n. 68. Cón. De Sacram. q. 62. n. 33. vocant satis certam: Prapof. Prado, Salas, Viva hoc anno 1711. Francofurti recusum, in q. prodroma n. 20. moraliter certam: Suar. Less. Rayn. Fernand. Diana, Martinon, Perez, Mlodz d. 4. q. 2. p. 1. Castrop. t. 23. p. 7. n. 1. Dicast. d. 6. n. 145. Illf. n. 32. absolute certam: Card. de Lugo d. 5. n. 137. Sporer, Bosco, communem & certam: Filiut. Oropega, Herinx d. 2. n. 41. Francol. de discipl. poen. l. 3. c. 6. § 5. certam in praxi: Fr. Lugo, Bonett. Mald. Le Dent tutam in praxi: Aversa q. 11. s. 4. tutam post Tridentinum: Gorm. à n. 448. practice & indubie certam: Estrix & Cardenas certam & omnino tutam: Leander à SS. Sacram. Paulus de palatio, Seraphinus à Conceptione vocant certissimam: Bonasp. & Arriaga d. 17. n. 25. dicunt videri

873.

deri

deri sibi esse ferè de fide: *Moya* d. 5. q. 1. n. 3. dicit esse veritatem inter fidei dogmata numerandam, & n. 10. addit hoc certâ fide esse tenendum: *Stoz* l. 1. p. 3. n. 39. vocat ex fide catholica certam: *Medin. Ledesm. Bellarm. Requif. Fagund. Abelly, G. Sanch. Pasq.* & alii cum *Moya* n. 1. dicunt determinatam in *Tridentino*: *Paulus de palatio* vocat certissimam & definitam à *Tridentino*: *Binsfeldius* probatam Conc. *Tridentini* sententiam: *Silvester De Prieras* doctrinam *Sacrorum* & maximè *S. Thomæ*: *Gabriel à S. Vincentio* & *Meratius* d. 19. l. 1. communem Catholicorum sensum: *Canus & Petr. à S. Joseph* communem Ecclesiæ sensum: *Henriq. Rhod.* & alii dicunt hoc tempore non posse sine temeritate vel errore negari: *Bonæspei* d. 5. n. 4. postquam vocavit ferè certam certitudine fidei, addit se Romæ anno 1654. in Capitulo generali cum approbatione Magistri S. Palatii inter alias theses summo Pontifici dedicatas defendisse etiam hanc, *Contritionem verò omnem, quæ non sit ex motivo charitatis, inutilem esse ad absolutionem sacramentalem, propè hæreticum putamus.* Atque ideo opinionem, quæ contritionem perfectam requirit, dicit *Amicus* nunc non posse sine nota defendi: *Suar. Less. Dicast. Lugo, Sporer* aliique communissimè vocant absolutè improbabilem: *Viva* dicit esse umbratilis probabilitatis: *Caram.* in Th. fundam. n. 1293. tantùm tenuiter probabilem: *Stoz* n. 34. nullo modo probabilem: *Præpos.* nequidem tenuiter probabilem: *Leander* apud *Dianam* p. 11. t. 8. R. 43. plus quàm improbabilem; *Honor: Fabri* erroneam: *Vasq.* periculofam: *Facultas Parisiensis*, Sacramenti pœnitentiæ imminutivam, temerariam, & erroneam:

neam: *Verricelli* falsam, temerariam & erroneam. *Cardin. Brancatus de Laurea* in 4. Tom. 2. d. 14. a. 8. n. 233. dicit sententiam, quæ dicit attritionem cum Sacramento non justificare, esse hæreticam, & per attritionem in d. 9. a. 3. n. 89. intelligit dolorem vel ex motivo turpitudinis peccati vel ex timore pœnarum: tamen quidquid hîc censurarum est, non approbo, verùm ideo solùm refero, ut constet, quis à temporibus *Tridentini* fuerit sensus de nostra sententia: Et de hoc possunt plura videri apud *Francol.* de dolore ad Sacramentum Pœn. necessario l. 1. c. 7. & l. 2. c. 6. §. 2. item de discipl. pœn. l. 3. toto. §. 2. Consideratis omnibus, quæ hætenùs attuli, sententia tenens attritionem aliquam sufficere cum Sacramento, videtur mihi esse practicè certa. *Quod confirmo inde*, quia si non esset practicè certa, sed tantùm probabilior, aut etiam probabilissima, contineretur damnatione i. prop. per *Innoc. XI.*, *Non est illicitum in Sacramento conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore*, atqui hac damnatione non continetur, nam *Martinus De Esparsa*, unus ex Theologis Romanis, qui jussu *Inn. XI.* cum aliis Consultoribus interfuit examini prop. damnatarum, Româ 6. Aprilis 1680. in Belgium scripsit in hæc verba: *Nullâ quâ sollicitudine concuti debet circa sufficientiam attritionis in confessione propter prohibitionem i. prop. ex 65. Ea propositio fuit reprobata propter suam illimitatam amplitudinem & universalitatem, cum indistinctione speculative tantùm probabilis à probabili etiam practicè, & rursum probabilis utcumque à moraliter certa aut etiam plus quàm moraliter certa: sententia autem de sufficientia attritionis est*

874

q. i. n. 3.
nata nume.
fide esse te.
t ex fide ca.
arm. Requif.
ii cum Moya
utimo: Paulus
itam à Tri.
c. Tridentini
rinam San.
à S. Vincen.
m Catholi.
Joseph com.
Rhod. & alii
temeritate
postquam
, addit se
nerali cum
r alias the.
liffe etiam
n fit ex mo.
nem sacra.
Atque ideo
ectam re.
sine nota
er aliique
nprobabi.
bilitatis:
ùm tenui.
do proba.
obabilem.
olus quàm
n: Valsq.
cramenti
n, & erro.
neam:

est practice probabilis & moraliter certa, atque ut ego puto, plus etiam quam moraliter certa. Accedit apud Censores predictarum propositionum actum fuisse in terminis propriis de sufficientia attritionis, atque ex consensu omnium, qui aderamus, sententiam communem mansisse incolumem,

Obj. 1. Multi ante & post *Trid.* tenuerunt sententiam contra attritionem, uti constat ex dictis à nu. 856. ergo est extrinsecè probabilis. Deinde pro ea rationes multas ex *Trid.* adducit *Palav.* in actis Concilii versatissimus, ergo etiam est intrinsecè probabilis, ergo sententia pro attritione non est certa. *Confirm.* nam *Platelius*, licet acerrimè stet pro attritione, dicatque sententiam suam habere aliquam moralem certitudinem, tamen nu. 716. agnoscit probabilitatem in opposita, quam etiam agnoscit *Oviedo* De justis. controv. 1. nu. 109. & 1. Quamvis concederemus sententiam Adversariorum esse probabilem, tamen non esset obligatio eam sequendi, quia secundum dicta in p. 1. n. 119. non est obligatio sequendi eam sententiam, per quam administratio vel susceptio Sacramenti fit obnoxia nimis scrupulis & difficultatibus, atqui per sententiam Adversariorum administratio & susceptio Sacramenti Pœnitentiæ fit obnoxia nimis scrupulis & difficultatibus, nam si requiratur certa intensio, uti volunt Adversarii, & quidem major, quam de facto sit in ullo alio actu pœnitentis, nunquam poterit Confessarius, imò nec pœnitens esse moraliter certus, sed prudenter debet semper dubitare de sufficientia dispositionis, adeoque extra necessitatem extremam non poterit dari vel peti absolutio, ne Sacramentum exponatur periculo

culo nullitatis, hoc autem est absurdum, ergo.
 R. 2. Ex hoc, quòd aliqui Auctores teneant sententiam oppositam, aut dicant esse probabilem, non eliditur certitudo practica nostræ sententiæ, uti fateri debent omnes in similibus casibus, nam etiam secundum Adversarios cum *Le Drou* est practicè certum, quòd sufficiat contritio ex charitate imperfecta, & tamen requiri etiam cum Sacramento contritionem perfectam docuerunt multi graves Auctores, teste *Le Drou* diff. 1. c. 3. & idem est de plurimis aliis sententiis, ergò. Rationes per *Palav.* ex *Trid.* allatæ abunde solutæ sunt à n. 840. Imò cum *Palav.*, qui sententiam suam contra attritionem docuerat, priusquam scriberet Historiam, ideoque determinabatur ad illam, prout posset, stabilendam, cum, inquam, argumenta meliora non invenerit vel in *Trid.* vel in ejus Actis, certò inferimus nulla fuisse præter ea, quæ sine difficultate explicavimus: unde R. 3. Etiam certitudini practicæ alicujus sententiæ non obstat, quòd non omni planè ratione destituatur sententia opposita, sed satis est, quòd omnibus perpensis judicetur vix superesse apparentiam veri vel scrupulum pro illa, & clarè dissolvantur argumenta contraria, cujus rationem & exempla dedi in l. 6. p. 1. n. 119.

Inst. 1. Saltem sententia requirens dilectionem non potest dici absolutè improbabilis, ergo est absolutè probabilis, & consequenter opposita non est practicè certa. *Prob. ant.* quia *Alex. VII.* feriâ 5. die 5. Maji 1667. edidit hoc decretum:

S. D. N. ALEXANDER Papa VII. cum
 acceperit non sine gravi animi moerore Scholasticos

sticos quosdam acrius, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa attritio, quæ concipitur ex metu gehennæ excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ, ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei, asserentibus quibusdam, negantibus aliis, & invicem adversam sententiam censurantibus: Sanctitas Sua enixè cupiens pacis vinculum inter fideles servari, omnémque scissuræ fomitem extinguere, auditis votis Eminentiss. ac Reverendiss. DD. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, nec non DD. Consultorum & Qualificatorum S. Congregationis ejusdem Generalis Inquisitionis, hoc præsentis Decreto in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ huic sanctæ Sedi reservatæ, aliisque pœnis ejusdem S. Sedis arbitrio taxandis, præcipit cunctis & singulis fidelibus quocumque gradu ac dignitate etiam Episcopali & majori, imò & Cardinalitiâ fulgentibus, ut si deinceps de materia attritionis præfatæ scribent, vel libros aut scripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quovis modo pœnitentes aut Scholares cæterosve erudiant, non audeant alicujus Theologicæ censuræ alteriusve injuriæ aut contumeliæ notâ taxare alteram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualem dilectionis Dei in præfata attritione ex metu gehennæ concepta, quæ hodie inter Scholasticos communior videtur; sive asserentem dictæ dilectionis necessitatem, donec ab hac S. Sede fuerit aliquid hac in re definitum, &c.

Ex hoc Decreto sic formatur argumentum:
dicere

dicere opinionem, quæ requirit dilectionem, esse absolutè improbabilem, est eam afficere censurâ, injuriâ & contumeliâ, sed hoc prohibet *Alex. VII.*, ergo. &. Decretum expressè loquitur de illa tantùm opinione, quæ requirit aliqualem dilectionem Dei in attritione ex metu gehennæ concepta; hanc autem opinionem nos non oppugnamus, sed fatemur aliqualem Dei dilectionem esse necessariam, unde ex hoc Decreto confirmantur illa, quæ diximus. Itaque dist. antec. sententia requirens aliqualem dilectionem non potest dici absolutè improbabilis, c, requirens dilectionem ex motivo charitatis, n. Sed nec est censura dicere opinionem aliquam esse improbabilem, uti dictum est l. 1. n. 199. ac præter *Hurt.* & *Lugo* de fide d. 20. nu. 104. docet *Viva* ad prop. damn. in Præfat.; quidquid contradicant *Le Drou* & *Amicus* De Deo d. 19. n. 14. Foret tamen censura, si diceretur temeraria, nam dicere improbabilem, tantùm est dicere, quòd careat gravi fundamento, quamvis ob rationes apparentes possit bonâ fide & invincibiliter à viro intelligente & prudente defendi tanquam vera; è contrâ dicere temerariam, est dicere, quòd vel contra se habeat tales rationes, vel ita careat ratione pro se, ut nemo intelligens & prudens possit eam bonâ fide & cum invincibili ignorantia defendere, Tò temeritas enim sonat, vel ex parte intellectûs inconsultam præcipitantiâ, vel ex parte voluntatis inordinatum impetum sive passionem, uti expressè docet *S. Th.* 2. 2. q. 53. a. 3. ad 2., quorum neutrum sonat Tò improbabilitas.

Inst. 2. Pontifex non prohiberet affici ullâ censurâ vel injuriâ, nisi judicaret esse probabilem.

bilem. R. 1. Opinio, quam prohibet affici certurâ, est vera, nam est illa, quæ requirit aliqualem dilectionem, hinc admitto, quod agnoscat eam esse probabilem. R. 2. negando assumptum, ab hoc enim abstrahit, & expressè dicit se ideo ista prohibere, ut compescantur dissidia, quæ violant charitatem & pacem.

876. *Inst. 3.* Pontifex expressè addit, *Donec ab hac Sede fuerit aliquid hac in re definitum*, ergo cum hoc decretum emanârit post *Trid.*, sequitur in *Trid.* nihil esse assertum pro sufficientia attritionis. R. Sequitur nihil esse assertum authenticè per clarâ definitionem in Canonibus, & nihil esse assertum dogmaticè per doctrinam in Capitibus, ex qua moraliter certò liceat inferre sufficientiam attritionis, n. conseq. Jam verò ut doctrina nostra sit privatim certa certitudine sufficiente, non est opus, ut sit authenticè definita per Canonem Concilii tanquam de fide tenenda, sed satis est, quod ex infallibili Ecclesiæ doctrina colligatur per discursum rectè concludentem, simulque clarè dissolvantur argumenta opposita, hoc autem iudico nosse. Ex dictis,

877. *S. 3.* *Colliguntur sequentia*, 1. Cum Sacramento sufficit attritio, non tantum concepta ex consideratione turpitudinis peccati, sed etiam ex spe præmii æterni, aut etiam ex metu gehennæ, de omnibus enim procedunt pleræque auctoritates & rationes allatæ: ac spectatim de attritione ex metu gehennæ id expressè affirmant 38. Auctores à *Gormaz* relati à n. 446, inter quos Concilia particularia duo, Catechismii tres, Inquisitio generalis Hispanica una, ideoque hanc illationem similiter tutam vocat *Al. or.* certam

certam in praxi Oropega, communem, veram & certam Madernus: nec videtur esse ratio dubitandi, supposito, quòd una ex relatis attritionibus certò sufficiat, maximè cùm de omnibus æqualiter loquatur Tridentinum.

2. Etiam sufficit ejusmodi attritio cognita, 878. nec requiritur, ut existimeretur esse contritio: idèoque *Suar.* d. 20. f. 1. n. 20. *Ills.* n. 32. aliique cum *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 8. n. 21. & *Moya* n. 7. vocant etiam hanc illationem practicè certam, quidquid contradicere videantur *Corduba* & alii apud *Aversam* q. 11. f. 4., qui requirunt, ut existimeretur esse contritio, requirunt autem, non ad valorem sed ad fructum Sacramenti, uti ostendunt *Suar.* n. 7. & *Cardenas* in 2. crisi d. 2. n. 68., unde Sacramentum valere putant *Corduba* & isti alii, quamvis abesset ejusmodi existimatio, sed illos rectè confutat *Gorm.* à n. 457., si enim attritio ex voluntate Christi sufficiat, nulla est ratio requirendi talem existimationem; si attritio secundum se non sufficiat, etiam non sufficiet, quamvis adsit talis existimatio, quæ merè per accidens se habet, imò est error, quem non est credibile à Christo specialiter requiri ad valorem vel fructum Sacramenti. Hinc *Toletus*, qui priùs docuerat attritionem cognitam non sufficere, postea mentem mutavit, uti demonstrat *Francol.* De dolore l. 2. c. 6. n. 17.

3. Contritio, nequidem pro articulo mortis requiritur ad valorem Sacramenti, quod *Ills.* 879. supra & *Esparza* a. 9. rectè dicunt etiam esse certum; & *Diana* p. 3. t. 4. R. 98. malè citat Patrem *Suar.* in oppositum, non enim requirit contritionem ratione Sacramenti, sed ratione præcepti charitatis, tum in Deum, tum in se ipsum, quod

quod obligat ad contritionem pro articulo mortis, uti dicitur n. 2009. Putatque *Illf. Cordubam* & alios simili modo posse conciliari.

880. 4. Si alicui videatur superesse prudens dubium de veritate nostræ sententiæ, tenetur in administratione & susceptione Sacramenti procurare contritionem, ne suo iudicio Sacramentum exponatur periculo nullitatis.
881. 5. Quamvis aliquis iudicet satis tutò procedi cum attritione, in praxi tamen consultiſſimum est, ut quantum fert tempus & occasio, procuratur à Confessariis & eliciatur à pœnitentibus contritio, tum quia est maximè meriti delēctive multum etiam de pœnis, tum quia licet aliquis contendat ad contritionem, fortè tantum attritionem attinget; ubi è contrà si voluntariè sistat in infimis aliis motivis, præsertim pœnæ, signum est animi non satis conversi ad Deum: estque credibile sæpe in tali homine remanere servilitatem sive occultum affectum non deserendi peccatum, nisi incumberet pœna.
882. 6. Si quis post conatum non satis advertat vel in pœnitente vel in se ipso contritionem, dummodo moraliter certus sit de attritione, tutò procedit, etiam secundum plerosque Adversarios, quia tum non relinquit sententiam tutiorem, cum moraliter eam ibi sequi non potest, sed potiùs censebitur necessitas procedendi secundum minus, attamen satis tutam.
883. 7. Cum difficile sit conteri purè ex motivo bonitatis Dei, in praxi non expedit excludere alia motiva, v. g. dicendo, *doleo, non quia impetram premia vel merui pœnas apud Deum, sed purè ideo quia Deo summe bono displicui &c.*; communiter enim

enim falsum est, præsertim in hominibus nec-
 dum perfectis: itaque juvari debet voluntas om-
 nibus motivis, v. g. hoc modo, *Doleo, non tan-*
tum, quia per peccata demeritus sum apud Deum
præmia æterna aliaque bona, è contrâ meritis suis
gehennam vel alias pœnas, sed etiam & maximè i-
deo doleo, quia Deo summè bono displicui, quia illi fe-
ci malum, qui propter infinitas suas perfectiones e-
rat dignissimus non offendi, sed semper amari, coli,
honorari &c. Modum practicum pœnitentem
 per attritionem ex turpitudine peccati vel ex
 spe aut metu adducendi ad contritionem, pro-
 ponam à n. 1723.

Q. 121. *An hætenùs dicta valeant etiam de at-* 884
tritione ex metu pœnarum temporalium. R. S. I.
 Probabilissimum est, quòd ad Sacramentum
 Pœnitentiæ sufficiat attritio concepta ex metu
 pœnarum temporalium, etiam hujus vitæ, ut
 infligendarum à Deo; hoc tamen non est om-
 nino certum. *Pars 1. probatur*, nam impri-
 mis ita docent Auctores plurimi & gravissimi,
 cum *Suar. Less. Gran. Regin. Lugo, Avers. Gorm. p.*
1. nu. 454. Diana p. 1. l. t. 8. R. 43. Moya d. 5. q. 4.
Cardena in 2. crisi d. 2. n. 70. Deinde rationes sunt
 gravissimæ, 1. Quia *Trid. sess. 14. De pœn. c. 4.*
 inter motiva attritionis sufficientia ad Sacra-
 mentum ponit ex metu *gehennæ & pœnarum*, u-
 bi per Tò gehennæ intelligitur pœna æterna,
 per Tò pœnarum autem videtur præscindi ab
 æterna vel temporali. 2. Quia hæc attritio ex
 metu pœnarum temporalium potest esse hone-
 sta, supernaturalis & efficax, saltem respectu ve-
 nialium, sicuti attritio ex metu pœnarum æter-
 narum est talis respectu mortalium. 3. Quia
 aliàs non possemus ex metu pœnarum atteri de

venialibus, cum non mereantur poenam aeternam, hoc autem videtur inconvenientissimum, ergo. *Pars 2.* etiam probatur, nam licet *Gobat t. 6. n. 47.* putet non esse dubitandum de attritione ex metu poenarum temporalium, & *Arriaga d. 11. nu. 2.* dicat esse omnino certum, quod sufficiat, saltem ex metu poenarum Purgatorii, tamen universaliter de attritione ex metu poenarum temporalium negant *Canus, Vasq. q. 92. a. 1. dub. 3. Hurt. apud Dianam p. 9. t. 9. R. 51.,* & talem attritionem vocat suspectam *Con. d. 4. n. 39.* ideoque *Carden. n. 72. & Gorm.* supra dicunt sententiam illam de attritione, absolute ex metu poenarum temporalium, non esse certam, sed videntur intelligere poenarum hujus vitae. Ratio autem est, quia quamvis *Trid.* ponat ex metu gehennae & poenarum, tamen non dicit gehennae vel poenarum, hinc forte ponit *Tò gehennae & poenarum* pro eodem, subintelligendo, & poenarum gehennae; vel fortasse per *Tò gehennae* inrelligit poenam damni, per *Tò poenarum* poenam sensus in inferno: Quamvis autem talis attritio ex metu poenarum etiam temporalium possit esse honesta, supernaturalis & efficax respectu venialium, tamen aliunde non constat certo, quod Christus voluerit sufficere, sufficitque certo alia attritio respectu venialium, nempe concepta ex motivo turpitudinis peccati, ergo.

885. §. 2. Quod dictum est de attritione ex metu poenarum temporalium, idem esse videtur de attritione ex spe bonorum temporalium. His tamen non obstantibus sententia contraria aliaque similes opiniones ad hoc servantur, etiam in ordine ad praxin, non quidem ut secundum

cundum illas conferatur vel suscipiatur Sacramentum, nam hoc damnat *Innocentius XI.* in 1. propositione, sed ut si Sacramentum bonâ fide susceptum sit, non sit opus peccata vel confessiones repetere, probabilissimum enim est valuisse; nec ideo ullum Sacramentum exponetur periculo nullitatis, si peccata illa vel confessiones non repetantur, quia certum est ad valorem confessionum sequentium sufficere integritatem formalem, uti dicitur à n. 1140.

Obijcies. Tridentinum, etiam non expressit 886. motivum attritionis ex spe præmii æterni vel beatitudinis, & tamen non dubitamus de illius sufficientia. Deinde *Trid.* ibi expressit, quod Ninivitæ timore pœnæ temporalis perculsi pœnitentiam egerint & misericordiam à Deo impetrârint, ergo sufficienter innuit etiam sufficere ad impetrandam veniam in Sacramento. R. *Ad 1.* Hoc ipso, quod expresserit attritionem ex metu gehennæ, satis significat sufficere attritionem ex spe beatitudinis, tum quia hæc attritio est perfectior, tum quia metus gehennæ saltem plerumque movet, quia est privatio beatitudinis, idem enim videtur esse timere privationem boni & desiderare bonum, uti rectè *Lugo d. 5. n. 132.* *Ad 2.* n. conseq. nam secundum dicta n. 837. *Trid.* sess. 14. De pœn. c. 4. in fine loquens de Ninivitis, non ampliùs habet sermonem de Sacramento Pœnitentiæ, sed iterum redit ad probandum principale intentum, quod erat, timorem servilem posse esse honestum & supernaturalem, quod inde probat, quia à Deo meruit liberationem ab everfione urbis; certum enim est Pœnitentiam illam servilem non meruisse remissionem peccatorum,

cum neque esset contritio neque attritio con-
iuncta cum Sacramento, & vix est credibile, in-
quit *Herinx* d. 2. n. 43. omnes Ninivitas, qui ab
everfione urbis liberati sunt, etiam eo tempore
esse à peccatis liberatos.

887. Q. 122. In quo sensu verum sit, quòd peccator
per Sacramentum ex attrito fiat Contritus. R. Con-
stabit ex seqq. §. 1. Peccatorem per Sacramen-
tum fieri ex attrito contritum, tam certum est
hoc tempore, inquit *Suar.* d. 20. s. 1. num. 10., ut
absque errore negari non possit, & ideo hoc
transiit quasi in axioma commune apud omnes
receptum.

888. §. 2. Attritio non fit formaliter contritio;
S. Th. in suppl. q. 1. a. 3. *Suar.* d. 5. s. 3. aliique
communissimè contra varios, qui diversis mo-
dis id asserunt, quorum quatuor recenset *Suar.*
ibidem, & plures alios *Aversa* q. 2. s. 15. Ratio
nostra est, quia contritio ex objecto & modo
tendendi in Deum propter se, distinguitur in-
trinsecè ab attritione, uti constat ex dictis à n.
722. & 784., nullus autem actus potest mutare
objectum vel modum suum tendendi, cum
ipse sit essentialis sua tendentia in objectum.

889. §. 3. Quamvis *Scotus* in 4. dist. 14. q. 4. ad 2.
admittat hanc propositionem, attritio fit contri-
tio, tamen commune axioma tantum habet,
quòd attritus fiat contritus, nam fieri potest, ut
attritioni nequidem succedat contritio. Itaque
attritus fit contritus, quia subjectum attritio-
nis accipit aliquid, per quod aliquo modo di-
catur contritus, uti jam dicetur.

890. §. 4. Attritus fit per Sacramentum contri-
tus, imprimis habitualiter, quia accipit habitum
charitatis, qui est principium per se elicivum
forma-

formalis contritionis. Deinde æquivalenter, quia per attritionem cum Sacramento, fit quod fieret per contritionem, nempe ut remittantur peccata. Præterea etiam fit contritus quoad effectum, quia per Sacramentum cum attritione causatur idem effectus gratiæ, qui per contritionem causaretur. Denique rectè notat *Aversa*, quando *S. Th.* negat attritionem hoc sensu fieri contritionem, quòd formetur per gratiam, eum loqui de attritione sine Sacramento, de cætero accedente Sacramento formatur per gratiam, uti constat ex dictis.

Q. 123. *An ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ, præter dolorem requiratur aliquod propositum.* R. Affirmativè, imò *Aversa* dicit esse de fide, quòd ad veram contritionem requiratur aliquod propositum, idem autem est de attritione. Et quamvis aliqui apud *Moyam* d. 5. q. 11. n. 1. videantur contradicere, tamen non negatur à *Scoto*, qui sicuti requirit dolorem, ita etiam propositum, quamvis dicat neutrum esse partem intrinsecam Sacramenti. Nec negatur à *Soto*, uti videtur evincere *Dicast.* d. 6. n. 204. contra *Suar.* *Lug. Arr.*, nam ad summum videtur velle, quòd possit aliquando utiliter audiri confessio illius, qui non proponit se emendare, ut sic per humiliationem suam & salutare admonitiones Confessarii paulatim adducatur ad verè pœnitendum, quod faciendum esse expressè mandat *Alexander III.* Cap. *Quod quidam* 5. De pœnit. & remiss. quia, inquit, licet non sit vera huiusmodi pœnitentia, admittenda est tamen eorum confessio, & crebris & salutaribus monitis pœnitentia inducenda. Ratio autem nostræ responsionis est, tum quia *Trid.* sess. 14. De pœn. c. 4. & *Florenti-*

num in decreto Eugenii IV. ad Armenos expressè requirunt propositum, tum quia certò requiritur dolor efficax de peccatis, omnis autem dolor efficax de peccatis est propositum saltem virtuale non peccandi de cætero, ergo.

Objicies. S. Th. in 4. dist. 21. q. 3. a. 1. quest. 1. ad 1. sic habet, *Confessio non desinit esse sacramentalis, quamvis ille, qui confitetur, emendationem non proponat*, ergo ad Sacramentum Pœnitentiæ non requiritur propositum. R. n. conseq. S. Th. ibi agit de obligatione sigilli, & dicit si quis confessus sit ex intentione absolutionis, quamvis advertatur non habere propositum emendationis, nihilominus Confessarium teneri ad sigillum, quia confessio fuit sacramentalis, id est, facta in ordine ad absolutionem, licet hæc non detur: per hoc autem non negat, sed potius significat propositum esse necessarium ante absolutionem, adeoque ad Sacramentum Pœnitentiæ.

892. Q. 124. *Quale propositum requiratur ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ.* R. §. 1. Certum est requiri propositum efficax, tum quia secundum *Trid.* debet excludere voluntatem peccandi de cætero, quod non potest, nisi sit efficax, id est, tale, ut quamdiu existet, cum eo non possit componi voluntas peccandi; tum etiam quia dolor requisitus debet esse efficax, ergo similiter propositum, quod talis dolor includit vel ad quod determinat.

893. §. 2. Probabilius est ad Sacramentum Pœnitentiæ non requiri propositum formale sive explicitum, sed sufficere virtuale sive implicitum, contentum in dolore universali, uti habet communissima cum *Diana* p. 3. t. 4. R. 116.

Gorm. p. 1. n. 468. Probatum, nam imprimis ad dolorem efficacem non requiritur propositum formale, uti tenent *Maj. Medin. Vasq. Vega, Lugo* aliique communiter cum *Gonet* d. 7. n. 3. & *Dicast.* d. 2. dub. 6. quia licet aliquis nihil cogitet de formali proposito, v. g. si statim post elicitum dolorem sit decapitandus, seque cognoscat non habiturum amplius periculum peccandi, si serio detestetur & doleat de peccatis commissis, dicetur conteri, ergo contritio non requirit formale propositum non peccandi de cætero, sed satis erit, quod sit virtuale tantum. Deinde quod talis dolor efficax sit virtualiter propositum non peccandi de cætero, inde constat, quia hoc ipso quod quis ex motivo universalis efficaciter velit non fuisse nec esse peccatum, habet actum, qui quamdiu stabit, sit incompossibilis cum voluntate peccandi, & quodcumque habeat motivum, si hoc faciat me efficaciter detestari & dolere de aliquo peccato, etiam facit à me excludi voluntatem istius peccati etiam imposterum, ergo sic detestans & dolens, habet actum, qui de se sit exclusivus peccati etiam profuturo, qui que habeat virtutem determinandi voluntatem ad formale propositum non peccandi, si de illo eliciendo incidere cogitatio, hoc autem hic intelligimus per propositum virtuale: Atque his habitis non est convincens ratio negandi talem hominem esse proximè dispositum ad absolutionem, ergo.

§. 3. Quamvis probabilius sit, ad Sacramentum Pœnitentiæ sufficere propositum virtuale, attamen hoc non est certum, hinc audiendus non est *Cardenas* in 2. crisi d. 2. n. 80. dicens supra omnem probabilitatem certum esse, quod suffi-

894.

suffi-

sufficiat virtuale. Ratio nostra est, quia ad contritionem efficacem de peccatis, & consequenter ad absolutionem requiri propositum formale, docent *Caj. Sot. Can. Gran. Ruard. Gersm. Bellarm.* l. 2. c. 6. alique gravissimi Auctores apud *Suar.* d. 4. s. 2., qui fatetur sententiam illam esse probabilem: Unde ad Sacramentum Pœnitentiæ absolutè requiri propositum formale docent *Henriq.* l. 4. c. 24. n. 2. *Valent.* d. 7. q. 8. pu. 6. sub finem, *Tolet.* in summa l. 3. c. 4. §. *Quinta est*, *Regin.* l. 5. n. 8. *Steph.* t. 5. d. 5. n. 112. Hinc etiam *Suar.* d. 20. s. 4. n. 22. *Tann.* d. 6. q. 6. n. 16. *Gob.* t. 6. n. 203. *Platel.* n. 646. dicunt per se vel moraliter loquendo requiri propositum formale, quia, inquit *Vasq.* q. 86. a. 2. dub. 4. n. 7. post cogitationem de vita præterita necessariò consequitur propositum de futura; unde etiam *Lugo* d. 5. n. 97. sententiam, quæ requirit propositum formale, non improbat, imò vocat communem Theologorum: *Aver.* autem q. 2. s. 12. *Gob.* n. 208. alique dicunt esse saltem de præcepto, ut eliciatur propositum formale, nisi excuset defectus temporis vel inconsideratio, uti habet *Nav.* in manuali c. 1. n. 11. Nec desunt rationes probabiles, quarum præcipua est, quòd Florentinum & *Trid.*, item *SS. PP.*, dum explicant partes hujus Sacramenti, æquè expressam mentionem faciant propositi ac doloris, dicunt enim partem hujus Sacramenti esse contritionem cum proposito non peccandi de cætero: & specialiter *Trid.* dicit in contritione includi, non tantùm vitæ novæ propositum sed etiam veteris vitæ odium, ubi videtur requirere propositum & dolorem tantquam duo. Si dicas loqui de proposito implicito,

contra est, nam licet hoc sit probabilius, attamen non est certum, probabiliter enim argumentatur *Bellarmin.* supra, cum dolor efficax necessario semper sit propositum implicitum, asserto tali dolore non fuisset opus præterea requirere propositum implicitum, fuisset enim idem, ac si dixisset, requiritur dolor, qui sit propositum implicitum, & propositum implicitum, quæ locutio videtur parum apta. *Cons.* nam si sufficiat propositum implicitum, ergo præter dolorem non requiritur propositum, quia dolor ipse est propositum implicitum, ergo cum *Trid.* dicat præter dolorem requiri propositum, requiretur propositum formale. Scio etiam huic rationi ita responderi posse, ut sententia negans maneat probabilior, sed non ideo eliditur probabilitas affirmantis, nam vicissim ad argumenta nostræ sententiæ probabiliter respondet *Bellarmin.* c. 7., quem proinde frustra conatur explicare *Gorm.* n. 469. quasi steter pro nobis, nam nimis clarè loquitur in oppositum. Et pro ipsius sententia sunt etiam prudentes conjecturæ sive congruentiæ, nam imprimis finis Sacramenti Pœnitentiæ est, partim reconciliatio cum Deo, partim recta dispositio vitæ imposteriorum simulque conservatio divinæ gratiæ & amicitiæ, ad ista autem necessarium est vel saltem plurimum conducit propositum expressum non peccandi de cætero. Deinde qui offendit, ut reconciliet alterum, dicere solet, *doleo, quòd hoc fecerim, nec faciam amplius,* & hoc utrumque solet requirere offensum, ut reconcilietur, quia sic debet ille, qui offendit, ostendere, quòd imposteriorum non lit offendere, sed perpetuam colere amicitiam, quod plurimum facit ad reconciliandum offensum.

sum

sum, ergo fuit congruum, ut Christus idem requireret ab homine, qui offenderat, volente sibi reconciliare Deum. Ex dictis,

895. §. 4. *Inferuntur seqq.* 1. In praxi est obligatio sub mortali, ut si quis de hoc cogitet, ante absolutionem eliciat propositum expressum non peccandi de cætero, quia cum sententia nostra non sit certa, Sacramentum exponeretur periculo nullitatis.
896. 2. Actus pœnitentiæ pro absolutione requisitus debet esse odium peccati, non tantum præsentis, in quantum est detestatio & dolor, sed etiam futuri, in quantum est propositum, ut dictum est n. 660.
897. 3. Si quis, dum contritionem elicit, cogitet de proposito, & hoc omittat, communiter signum esse, quod habeat dolorem parum efficacem, si enim esset efficax, per se loquendo, determinaret ad formale odium peccati etiam pro futuro. Quod si positivè excluderet propositum, certum est dolorem non fore efficacem, ut etiam non est in illo, qui non vult deserere occasionem proximam peccandi. Similiter non est in illo verum & sincerum propositum, qui non vult adhibere media, quæ ipsi suggeruntur, pro emendatione peccatorum. Et propter unum horum sæpe neganda aut differenda est absolutio pœnitentis, nam si occasionem proximam deserere non velit, aut monitus eam non deseruerit, non est aversus à peccato, cujus occasionem vult, ut dicitur n. 1831. Qui autem non vult, aut sæpius negligit adhibere media præscripta, credi non potest ei, quod se emendare velit, ut dicitur n. 1762.
898. §. 5. Probabilius videtur pro absolutione à

mortalibus requiri propositum universale im-
 posterum cavendi omnia mortalia, *S. Th. 3. p.*
q. 87. a. 1. his verbis, Pœnitentia de peccatis
mortalibus requirit, quod homo proponat abstinere
ab omnibus & singulis peccatis mortalibus. Sequun-
 tur *Nav. in manual. c. 1. n. 9. Con. d. 2. n. 130. Laym.*
l. 5. t. 6. c. 4. n. 20. Castrop. t. 23. p. 2. n. 16. Lugo
d. 14. n. 52. Palav. n. 283. Gorm. p. 1. à n. 149.
Escob. l. 14. n. 172. Tamb. de confess. l. 1. c. 3. n. 14.
Ill. n. 50. Et Stoz n. 76. dicit esse exploratam sen-
 tentiam, *Moya* autem *q. 11 n. 7.* dicit oppositum
 esse apertè falsum: Est autem contra *Aversam*
q. 14. l. 6. Gass. Hurt. Rhod. d. 2. q. 3. l. 1. §. 3. Platel.
n. 641. Dicast. d. 6. à n. 240., qui sententiam no-
 stram malè vocat singularem, hinc ipsius sen-
 tentiam non esse practicè probabilem, rectè di-
 cit *Gorm. n. 463., & fatetur ipsemet Dicast. n.*
74. Probatur autem ex Florentino & Trid., nam
 aliter loquuntur de dolore, aliter de proposito,
 dolorem enim dicunt debere esse de peccato
 commisso, per quod innuunt posse esse etiam
 ex particulari motivo non extendente se ad o-
 mnia, sed tantùm ad commissa & necdum re-
 missa, è contrà ad propositum requirunt vo-
 luntatem non peccandi de cætero, vel actum,
 qui excludat voluntatem peccandi, quæ verba
 ita prolata cum particula absolutè negativa vel
 simpliciter exclusiva peccati videntur sonare
 propositum nunquam peccandi, adeoque pro-
 positum cavendi omne mortale in futurum. Et
 ratio esse potest, quia ut pœnitens reciperetur
 in gratiam, meritò requisivit Christus eum sic
 esse dispositum, ut vel ex vi doloris, vel ex vi
 propositi, vel ex vi utriusque simul esset positivè
 paratus ad servanda imposterum omnia Dei

præcepta, adeoque ad nunquam peccandum mortaliter, sub illa enim conditione promittit Deus impio veniam, *Ezech. 18. v. 21. Si custodierit omnia præcepta mea*, id est, si proposuerit custodire, patet enim hoc non fuisse opere prius complendum, alioquin tantum in fine vitæ remisisset peccata. Hoc ipsam arguitur etiam ex fine pœnitentiæ, qui est reformatio & recta institutio totius vitæ imposteriorum; item perpetua conservatio divinæ amicitiae per pœnitentiam restitutæ, ad quos fines plurimum conducit propositum universale nunquam peccandi de cætero.

899

Obji. 1. Dolor particularis de peccatis commissis & non remissis sufficit ad Sacramentum Pœnitentiæ, secundum dicta n. 671., ergo etiam propositum particulare tali dolori respondens, quo statuo nõ relabi in peccata commissis. *Prob. conf.* Ideo sufficit ille dolor particularis, quia voluntas non est affecta ad alia peccata, quamvis ea positivè non derestetur, & aliunde non ponitur obex gratiæ, sed quando simul adest propositum particulare, voluntas etiam non est affecta ad alia peccata, nec ponitur ullus obex gratiæ, ergo. *R. n. conf. Ad prob. n. maj.* sed ideo sufficit, quia alium non requisivit Christus, qui requisivit aliud propositum, uti colligimus ex autoritatibus & rationibus allatis.

Inst. Saltem si dolor sit ex motivo universalis, sufficiet propositum particulare de non iterandis peccatis commissis. *R.* Hoc quidem esse probabilius, quia tum virtualiter habebitur propositum universale respectu omnium, inclusum in dolore universalis, attamen in praxi adhuc videtur eliciendum formale propositum

uni;

universale de cavendis omnibus mortalibus, quia secundum dicta n. 894. non est certum, quòd sufficiat propositum virtuale.

Obji. 2. S. Th. 3. p. q. 90. a. 4. O ait, pertinet ad penitentiam, ut detestetur peccata praterita cum proposito immutandi vitam in melius, ergo S. Th. ad penitentiam tantum requirit propositum emendandi peccata commissa, & consequenter ad Sacramentum Pœnitentiæ non requirit propositum universale cavendi omnia mortalia possibilia, quia peccata, quæ quis non commisit, non potest velle emendare, ut per se patet. & n. conf. nam 1. ibi loquitur non de Sacramento, sed de virtute pœnitentiæ, cujus utique aliquis actus est detestatio & propositum emendandi peccata commissa, nullibi autem dicit tale propositum sufficere pro Sacramento Pœnitentiæ. 2. Per propositum immutandi vitam in melius intelligi potest etiam propositum cavendi omnia mortalia, ille enim optimè immutat vitam, qui quamvis solo furto Deum graviter offenderit, tamen postea nullo mortali Deum graviter offendit.

Obji. 3. Propositum cavendi omne mortale non potest esse efficax, nisi habeat adjunctam spem cavendi omne mortale, sed multi peccatores, præsertim consuetudinarii, non possunt habere spem cavendi omne mortale, quia ad spem requiritur, ut objectum proponatur tanquam possibile & probabiliter futurum, tali autem homini non potest proponi tanquam probabiliter futurum, quòd nunquam sit amplius peccaturus mortaliter, ergo. & 1. Hoc solvendum esse omnibus, nam qui talia peccata confitetur, debet habere propositum illa ca-

vendi. R. 2. Sufficere desiderium seu volitionem efficacem cavendi omne mortale, quam potest habere, quamvis ex parte intellectus adfit alius actus, quo iudicat, vel etiam ex parte voluntatis timor, ne volitio illa desinat, nam etiam ideo debet pro auxilio recurrere ad Deum, cuius gratia iuvare potest infirmitatem nostram, sicque poterit erigi etiam ad spem aliquam de hoc, ut si Dei gratiae cooperetur, non relabatur, & ista sufficiunt ad propositum efficax, id est, tale, ut quamdiu existet, cum ipso impossibilis sit voluntas peccandi.

902

Q. 125. Quale propositum requiratur in confessione venialium. R. §. 1. Requiritur aliquod propositum, certum est, quia requiritur dolor de aliquo saltem veniali confessio, omnis autem dolor est aliquod propositum cavendi peccatum, de quo est dolor.

903

§. 2. Cum dolor sufficiens ad Sacramentum debeat esse efficax respectu alicujus peccati confessi, uti dictum est n. 668., propositum debet esse efficax saltem respectu unius venialis confessi: unde audiendus non est *Suar. De gratia l. 7. c. 24. n. 7.* ubi videtur dubitare de hoc, an ad remissionem venialis requiratur propositum efficax.

904

§. 3. Quamvis probabilius sit sufficere propositum virtuale, tamen secundum dicta num. 895. debet in praxi elici formale, ne Sacramentum exponatur periculo nullitatis, quando enim Concilia & Authores dicunt ad Sacramentum Pœnitentiæ requiri dolorem cum proposito, non distinguunt inter confessionem mortaliæ & venialiæ: nec aliunde sufficienter colligimus non debere hoc extendi ad confessionem etiam venialiæ.

§. 4

§. 4. Non requiritur propositum extendens se ad omnia venialia, quia secundum dicta n. 681. non requiritur dolor de omnibus venialibus, quæ quis confitetur, ergo nec propositum cavendi illa omnia, sed sufficit propositum cavendi saltem aliquod illorum, de quibus dolet, & rationes ibi sunt sufficienter insinuatæ.

905

§. 5. Præter propositum cavendi aliquod veniale ex confessis, de quibus dolet, fortè etiam requiritur propositum cavendi omnia mortalia, seu non peccandi de cætero mortaliter, quia qui suscipit Sacramentum, vult gratiam de se reconciliativam, quæ sit forma amicitiae divinæ de se perpetuæ, ergo vult non esse aversus, nec inimicus Deo, ergo vult servare impossibilem omnia ejus præcepta obligantia sub mortali, ergo vult nullum mortale committere, & hoc re ipsa est propositum universale cavendi mortalia.

906

Q. 126. An & quomodo in praxi elici possit propositum cavendi omnia venialia. R. Difficultas hic est non parva. cum enim non possint caveri omnia, nisi, uti habet *Trid. sess. 6. can. 23.* ex speciali Dei privilegio, quod nemo sibi spondere potest, Authores variè loquuntur de hoc proposito cavendi omnia venialia, nam

907

I. S. Th. 3. p. q. 87. a. 1. ad 1. dicit ad pœnitentiam venialium sufficere, quòd homo proponat abstinere à singulis, non tamen ab omnibus. Non est autem sensus, quòd requiratur propositum abstinendi ab omnibus distributivè sumptis, hoc enim esset propositum abstinendi à collectione omnium, sicuti qui vellet occidere omnes homines distributivè sumptos, vellet re ipsa tollere totam collectionem hominum,

num, quæ non includit nisi omnes & singulos. Nec est sensus, quod sufficiat proponere abstinere à singulis sub disjunctione & conditionate, v. g. sic, volo abstinere à mendaciis, vel si ab his non, volo abstinere à detractionibus &c. , tale enim propositum non esset efficax respectu ullius determinate venialis, quia esset compositibile cum singulis: Itaque *S. Th.* vult sufficere propositum abstinendi à quibusvis venialibus, quæ in particulari singulatim occurrere possunt, uti exponunt *Lugo* d. 14. n. 140. *Palav.* n. 288. *Aversa* q. 14. s. 6. Et simili sensu dicit *Stoz* n. 80. sufficere propositum vitandi singula in sensu diviso, ita ut nullum determinate assignari possit, à quo animus saltem virtualiter non abhorreat.

908

2. *Suar.* d. 4. s. 3. n. 5. dicit sufficere, si proponat facere, quod in se est, sive, ut ait *Esparja* q. 91. ad 1. a. 8. quantum patitur humana fragilitas, velitque adhibere diligentiam magnam, quantum fieri potest, in illis vitandis. Et quamvis *Lugoni* à n. 130. displiceat illud, quod in se est, tamen quæ opponit, displicent *Dicast.* d. 6. à n. 295. , sed his omnibus omissis potest explicari *Suar.* , quod sicuti ad efficacem dolorem sufficit affectiva detestatio, quæ tamen non potest efficere, ut peccata non fuerint, sic sufficiat affectivum propositum, quamvis efficere non possit, ut postea non sequatur relapsus, sufficit enim dolorem & propositum esse affectivè efficacia, quantum in se est, & non requiritur esse effectivè absolutè efficacia.

909

3. *Stephanus* à *S. Paulo* t. 5. d. 5. n. 113. dicit sufficere, si habeat propositum conditionatum, seu desiderium cavendi totam collectionem, si esset

esset possibile, quia revera tota collectio ipsi displicet ex vi hujus pœnitentiæ: Hinc *Palav.* n. 292. dicit ad propositum hîc sufficiens requiri quidem desiderium, attamen non spem cavendi omnia: desiderium autem habere potest, inquit *Aversa, Rhodes, Bosco* n. 245., quia potest physice cavere, quamvis moraliter non possit.

4. *Lugo* n. 133. dicit sufficere, si doleat de tanto numero, ac proinde proponat illam frequentiam emendare: Et hoc innuit etiam *S. Th.* supra, dicens debere habere propositum se præparandi ad minuenda venialia; quia nempe est specialis inhonestas in repetita illa frequentia, quæ non est in singulis illis peccatis. Idem volunt *Tamb.* n. 9. & 10. *Sporer* n. 97. *Palav.* n. 289. dicentes sufficere, si proponat æquali tempore non committere tot venialia, sed emendare multitudinem, uti habet *Esp.* supra; sed contra hoc propositum movent difficultatem *Arriaga* d. 28. à n. 20. & *Dicast.* à n. 301., cui non satis obviavit *Lugo*, quæstio enim est de dolore & proposito, non tantum circa illam frequentiam seu multitudinem emendam, sed etiam circa ipsamet venialia, quæ frequentiam illam constituunt: hinc,

5. *Sporer* n. 338. ait magis expedire confiteri & firmiter proponere cavere pauca venialia, v. g. quæ sunt graviora vel radices aliorum, aut contra quæ hîc & nunc confitens sentit se magis moveri: Sic, inquit *Gob.* t. 6. n. 224., si mentitus es, quandoque cum, quandoque sine causa, sufficit propositum imposterum non mentiendi sine causa, quia gravius est mentiri sine causa, quam cum causa, v. g. ut impediatur rixas, ut profis proximo. In similem sensum dicit *Esp.*

Kk 4

suprà

910

911

suprà sufficere dolere de magnitudine venialium: hi tamen Auctores non satisfaciunt illi, qui doleret de omnibus venialibus, & proponeret cavere omnia, hinc,

912 6. *Arr.* n. 22. & *Bosco* n. 245. rectè dicunt me posse habere propositum sufficiens ad remissionem omnium, si doleam de illis, quæ feci, & proponam cavere similia, nam sicuti non feci omnia possibilìa, sed tantùm aliqua, sic satis erit proponere cavere similia, quamvis sciam me non posse cavere omnia possibilìa.

913 7. Rectè etiam notant *Suar.* suprà & *Tann.* d. 6. q. 6. n. 20. duplicia esse venialia, alia plene deliberata, & hæc omnia possum moraliter vitare, ideoque possum proponere illa omnia cavere, quidquid contradicant aliqui cum *Bosco* à n. 202. Alia sunt semi-deliberata, & circa hæc sufficit dolere, quòd facta sint, ac imposterum velle adhibere diligentiam pro illis saltem minuendis, quantum humano modo fieri poterit. Ex dictis,

914 Colliges cum *Con. Laym.* & *Castrop.* suprà, item cum *Tamb.* n. 14. propositum de mortalibus in hoc præcipuè differre à proposito de venialibus, quòd propositum de mortalibus debeat se extendere ad omnia etiam collectivè sumpta, non item ad omnia venialia, nequidem distributivè. Addunt iidem Auctores, propositum respectu mortalium debere esse magis efficax, quia relapsus in venialia non est ita noxius, neque occasiones ita sunt evitabiles: Inde rectè inferunt, facilius esse absolvendos, qui sæpè redeunt cum iisdem venialibus, quam qui cum iisdem mortalibus. Quòd autem illi omnes, excepto *Castrop.*, doceant, etiam consentiente

Palar.

Palav. nu. 292. non esse obligationem proponendi fugere occasiones proximas venialium, in hoc puto non esse audiendos, uti dixi l. 5. n. 283. nam qui vult periculum proximum peccati venialis, censetur velle peccatum veniale; & è contrà qui præcipit, ut vitem veniale, etiam præcipit, ut vitem illud, quod moraliter certò me inducet in veniale: imò quamvis esset tantum probabile periculum proximum, ne inducerer in veniale, adhuc tenerer sub veniali illud fugere, quia hoc ipsum probabile periculum est præsens malum animæ, quod ex charitate teneor cavere, uti pluribus dictum est l. 5. num. 257.

Quandonam dubium sit, vel censeri debeat deesse propositum sufficiens, ideoque debeat negari vel suspendi absolutio, præsertim in recidivis & constitutis in occasione proxima peccandi, dicitur à n. 1819. 1831.

DUBIUM III.

Qualis Confessio requiratur.

ARTICULUS I.

An debeat esse integra materialiter.

R Esp. Ad Confessionem, per se & ordinariè, requiritur integritas materialis, sita in eo, ut postquam diligentius te excusseris, & conscientia tua sinus & latebras (ita loquitur *Trid. sess. 14. c. 5.*) exploraveris, confitearis omnia mortalia memoria occurrentia, non dum confessa, eorumque numerum & circumstantias, quæ speciem mutant. Patet ex

915

K k 5

Trid.